

PLATONIS  
APOLOGIA ET CRITO.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

MARTINUS WOHLRAB

SCHOLAE DRESDENSIS QUAE EST AD AEDEM ST. CRUCIS CORRECTOR



LIPSIAE  
IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXXVII.

1877

## PRAEFATIO.

---

Duodecim fere anni sunt, cum in ea operum Platoniorum editione, quam Godofredus Stallbaumius scholae Thomanae Lipsiensis rector paraverat, aut curanda aut novanda versor. Eius volumen primum nunc emittens non alienum esse arbitror breviter explicare, quam rationem huius rei tractandae inierim.

Ordior a prolegomenis. In iis primo loco exponuntur dialogorum argumenta, quibus quae Plato in illis sensa deposuit, ita explicanda mihi duxi, ut nihil, quod grave esse videretur, praetermitterem, nihil aliunde afferrem. Quae res quamvis facilis et supervacanea non nemini videatur, tamen propter disputandi rationem, qua philosophus ingeniosus usus est, revera difficilis est et magis necessaria, quam in alio scriptore. Neque vero multa iam dialogorum argumenta scripta esse me fugit, sed qui ea composuerunt, aut aliud consilium inierunt atque ego aut omnino nullum.

Deinde de dialogorum dispositionibus dicendum est. In iis conficiendis Hermannum Bonitzium virum hac in re de Platone optime meritum ducem sequendum esse unum omnes intellegentes consentiunt. Iusto enim iure postulavit, ut ante omnia doceatur, quas partes libri cuiusque Plato ipse esse et voluerit et significaverit.

Sed in hac dispositione non est acquiescendum; fundamentum enim est explicationis, nondum explicatio ipsa, quandoquidem aperiendum est, quo omnia, quae a Platone disputata sunt, pertineant. Explanandum est igitur, quidnam dialogo quoque scribendo philosophus efficere voluerit. Quam ad rem cognoscendam non paucorum virorum doctorum studia collata sunt. Sed cautio in ea adhibenda est summa; nam difficillimum est suis commentis abstinere.

Cum hac quaestione cohaeret ille locus, qui est de dialogorum inscriptionibus. Iis enim declaratur, quod veteres putaverint caput esse cuiusque dialogi Platonici.

Haec omnia eo consilio exponuntur, quo magis libri cuiusque ratio intellegatur. His placuit non nulla addere, quae commodius in uno conspectu videntur, quam in commentariis ipsis diversis locis leguntur. Disserui igitur in prolegomenis de dialogorum scaenis et personis, de temporibus, quibus habiti esse fingantur. Haec omnia ad totum librum cognoscendum pertinent, non ad locum quendam interpretandum et uberius perscribenda sunt, quam ut in commentaria ipsa inseri possint.

Eadem ratione in aliquot dialogis opus est philosophorum, quos Plato respexit, explicare praecepta.

Nec non omittendum esse nobis videtur quaerere, quibus temporibus singuli libri scripti sint. Non satis enim est dialogum per se cognoscere, nam totius doctrinae Platonicae partem aliquam tractat. Pars autem non prorsus intellegitur, nisi totum semper respicitur. Quapropter constituendum est, quo tempore dialogus quisque scriptus sit, qua necessitudine cum reliquis coniunctus sit.

Denique si qui libri a Platone abiudicati sunt, quaerendum est, quo id iure factum sit.

Ac de iis quidem, quae de librorum argumentis disputare in animo habeo, satis dictum est. Sequitur, ut doceam, qua ratione usus sim auxiliis ad eos emendandos et explicandos.

Et primum quidem omnes codices adhuc collati enumerandi sunt et, quantum id fieri poterit, describendi. Deinde de eorum cognatione dicendum est. Atque in apologia et Critone duo mihi visus sum discernere posse genera, ita tamen, ut eorum vicissim partes esse docerem. Iam ubicunque omne iudicium ex illo discrimine duarum familiarum pendeat, earum signa afferre satis duxi. Contra ubi singuli libri mihi videbantur respiciendi esse, non paenituit eos enumerare; nam de singulis lectionibus ita consideratius et plenius potest iudicari.

Hac in re me scio dissentire cum iis, qui nostra memoria Platonis dialogos non nullos ediderunt. Senserunt illi, quam molestum sit et inutile omnium librorum, qui hodie cognoscuntur, multitudinem afferre. Quapropter e nimia eorum copia delectum fecerunt, ita ut e praestantioribus pauci, e deterioribus unus instar omnium esset. Horum scripturas diligentissime enotatas cum le-

gentibus communicaverunt. Illius familiae principes voluerunt esse *ΑΙΙ*, huius alii alios habuerunt. Otto enim Jahnius symposii editor elegantissimus Coislinianum (*Γ*) elegit. Sed non iniuria id displicuit Martino Schanzio operum Platonis editori novissimo, qui rectius Venetum *Ξ* hac vice fungi posse arbitratus est. Sed ne hic quidem diu principatum obtinuit; datus enim est ab Albrechto Jordano (in *Fleckeiseni annal.* 1876 p. 773) Veneto t. Jordano iam suffragatus est Schanzius (*Philol.* XXXV p. 670).

Qui e libris Platoniciis plurimis paucos elegerunt, quos omnium instar rebantur, eos iure id facere concederem, si ex iis reliquos pendere ostendissent. Sed nulla id ratione fieri et potuit et potest. Quamquam enim in primis Schanzius in librorum necessitudinibus indagandis summam operam collocavit, tamen qui eius disquisitiones vel obiter noverit, plurima sentiet esse dubia, probabilia pauca, paucissima certa. Neutiquam autem id assecutus est, ut quos voluerit libros esse principes, ab iis omnes alios ortos esse doceret. Nec mirum id quidem. Quantus enim est numerus librorum Platoniorum, qui collati sunt, quantus numerus eorum, qui aut nondum collati sunt aut non toti, denique quantum eorum, qui perierunt!

Quae cum ita sint, vix quisquam concesserit posse libros paucos elegi, qui reliquorum locum obtineant. Sunt enim in ceteris libris iam collatis non pauca, quae neglegi nullo modo possint. Nec omnia illa recte dixeris referenda esse ad scribentium errores aut coniecturas. Nam qua ratione potest demonstrari, ea non potuisse repeti e libris illis longe plurimis, qui interierunt? Sed licet sint scribentium coniecturae. Cur eas praetermittere, si utiles esse videantur?

Quamquam quaestiones illae de librorum necessitudinibus institutae omni laude dignae sunt. Iis enim id sane potest effici, ut e tot codicibus Platoniciis non nulli prorsus possint neglegi. Eos enim libros, quos ex aliis descriptos esse satis verisimiliter demonstratum est nihilque habere, quod commemorandum sit, iure posse omitti nemo negabit.

Sed iam mihi dicendum est, quid potissimum in eligendis scripturis spectaverim. Omnes enim afferre mihi non licuit, quoniam editionem paravi non criticam, sed exegeticam. Nimirum eorum mihi rebus consulendum

erat, qui Platonis dialogos ipsos legere et cognoscere student. Itaque hoc a me institutum est, ut omnes lectiones commemorarem, quae inde a Stephani aetate usque ad recentem, quatenus ad scriptoris sententiam pertinent, in editionibus reperiuntur. Ita qui mea utuntur editione, historiam quandam habent emendationis Platonicae. Ad singulas enim scripturas signa eorum virorum apposui, qui primi eas receperunt, ita ut, quid cuique debeat, facillime cognosci possit. Hac ratione simul factum est, ut intellegatur, quomodo variis temporibus loci Platonici accepti sint. Hac in re neminem me puto vituperatum esse, quod omisi, quae mihi videbantur esse vilissima.

Ubi autem in rebus orthographicis unum alterumve videbatur novandum esse, id cur factum sit, in prolegomenis exposui, ne adnotationis criticae ratio mutaretur, sed constantia quaedam servaretur.

In commentariis scribendis tantum afuit, ut Bataavorum veterum more coacervarem quaecunque a singulis interpretibus ad Platonis sermones explicandos excogitata sunt, ut nihil commemorarem, nisi quod ipse probarem verumque haberem. Ea autem, quae ab aliis iam inventa erant, ita in meum librum transtuli, ut eorum verba ipsa, quoad fieri posset, appositis nominibus retinerem. Omnino autem omnes libros et dissertationes commemoranda mihi duxi, quo plenius quae de totis libris aut de singulis locis iam scripta sint, cognosci possint. Quamquam vereor, ne hac in re non pauca me fugerint.

Restat, ut gratias agam Davidi Peipersio professori Gottingensi et Albrechto Jordano Romae nunc degenti, quod lectiones codicum quorundam Italicorum diligentissime descriptas mecum communicaverunt.

Scribebam Dresdae m. Iunio a. MDCCCLXXVII.

Martinus Wohlrab.

## Prolegomena.

Platons Werke von F. Schleiermacher. I. Thl. 2. Bd. 2. Aufl. Berlin. 1818. p. 181—88.

Friedrich Ast, Platons Leben und Schriften. Leipzig. 1816. p. 474—92.

Joseph Socher, Ueber Platons Schriften. München. 1820. p. 69—78.

August Arnold, Platons Werke, einzeln erklärt und in ihrem Zusammenhange dargestellt. 1. Theil. Berlin. 1836. p. 68—87.

Karl Fr. Hermann, Geschichte und System der Platonischen Philosophie. 1. Th. Heidelberg. 1839. p. 470—73.

Platons Werke. Griechisch und Deutsch mit kritischen und erklärenden Anmerkungen. 3. Thl. Vertheidigung des Sokrates. 2. Aufl. Leipzig. 1850. p. V—XV.

Platons sämmtliche Werke. Uebersetzt von Hieronymus Müller, mit Einleitungen begleitet von Karl Steinhart. 2. Bd. Leipzig. 1851. p. 231—88.

Franz Susemihl, Die genetische Entwicklung der platonischen Philosophie. 1. Thl. Leipzig. 1855. p. 89—90.

Eduard Munk, Die natürliche Ordnung der Platonischen Schriften. Berlin. 1857. p. 457—71.

Platonis opera omnia. Recensuit et commentariis instruxit Godofredus Stallbaum. Vol. I. sect. I. Ed. IV. Lipsiae. 1858. p. 3—48.

Friedrich Ueberweg, Untersuchungen über die Echtheit und Zeitfolge Platonischer Schriften. Wien. 1861. p. 237—47.

C. Schaarschmidt, Die Sammlung der Platonischen Schriften. Bonn. 1866. p. 376—80.

George Grote, Plato and the other companions of Sokrates. I. Vol. II. ed. London. 1867. p. 281—95.

The apology of Plato, with a revised text and English notes and a digest of Platonic idioms, by James Riddell. Oxford. 1867. p. I—XXXIV.

Plato's apology of Socrates and Crito with notes critical and exegetical introductory notices and a logical analysis of the apology by Wilhelm Wagner. Cambridge. 1872. p. 59—63.

Platons Apologie des Sokrates und Kriton mit Einleitung und Anmerkungen für den Schulgebrauch von Alfred Ludwig. 5. Aufl. Wien. 1872. p. XXXI—VI.

Platons ausgewählte Schriften. Für den Schulgebrauch erklärt von Christian Cron und Julius Deuschle. 1. Thl. Vertheidigungsrede des Sokrates und Kriton. Erklärt von Chr. Cron. 6. Aufl. Leipzig. 1875. p. 33—39, 42—45.

### I. Argumentum apologiae.

D. Tiedemann, dialogorum Platonis argumenta exposita et illustrata. Biponti. 1786. p. 15—17.

Platonis opera. Vol. III. Argumenta dialogorum condidit J. Hunziker. Parisiis. Firmin-Didot. 1873. p. 4—5.

Qui me accusaverunt, magnum me esse oratorem falso dixerunt. Mea enim dicendi ratio plane contraria est rationi illorum. Illi nihil veri dixerunt, ego vera dicam; illi oratione ornata uti sunt, ego cotidiano dicendi genere utar. Quod vos, o Athenienses, mihi concessuros esse spero propter meam fori insolentiam<sup>1)</sup>.

Adversariorum duo mihi sunt genera, alterum eorum, qui jam dudum graves de me rumores sparserunt, alterum eorum, qui nunc publice me accusant. Illi multo magis mihi timendi sunt, quam hi. Primum enim dicunt res obscuras me perquirere et docere, quem ad modum causa inferior dicendo fieri superior possit. Deinde multi atque ex longo tempore me accusaverunt apud vos vel pueros nullo me defendente. Quid, quod ne nomina quidem eorum proferre possum, ita ut longe difficillimum sit eos convincere. Has igitur criminationes sinatis ut prius repellam, quam publicis accusatoribus respondeam<sup>2)</sup>.

Illi igitur calumniatores haec fere afferunt: Socrates, inquit, injuriam facit, quod versatur in scrutandis rebus occultis et penitus abditis et causam inferiorem reddit

1) c. I. p. 17—18A. 2) c. II. p. 18A—19A.

superiorem et alios eadem docet. Talia etiam Aristophanes comicus mihi obicit. Sed primum illas disciplinas quamquam non contemno, tamen neque scio neque tracto. Hujus rei testes sunt omnes, qui me utuntur. Deinde neminem doceo mercede. Non sum enim peritus sophistarum artis, qui adulescentes permovent, ut civium consuetudine relicta pretio se utantur magistris. Quamquam illa quoque ars per se videtur magni ducenda esse<sup>1)</sup>.

At docendum mihi est, unde illae calumniae ortae sint. Earum origo repetenda mihi esse videtur non a sapientia quadam divina, qualis est sophistarum, sed ab humana quadam. Hanc ejus naturam deus Delphicus ipse significasse videtur. Chaerephonti enim meo, cum de sapientia mea eum interrogaret, respondit neminem me esse sapienterem. Cujus oraculi ut vim et potestatem cognoscerem, accessi ad eos, qui sapientes esse videbantur. Tentando igitur primum viros quosdam civiles inveni eos sibi quidem videri esse sapientes, revera tamen non esse. Hinc et invisus factus sum et cognovi illis me esse sapienterem, quod quae nescirem ne scire quidem me putarem. Omnino quo quis magis sibi videbatur sapere, eo minus sapiens erat. Post viros civiles cum experirer poetas, cognovi alios de eorum carminibus melius dicere, quam eos ipsos, ita ut non sapientia quadam, sed natura, quae pepigerunt, viderentur pepigisse. Denique opifices in iis artibus, quas exercebant, me sane erant peritiores, sed propter illam peritiam etiam omnia alia se optime scire arbitrabantur, quae nesciebant. Itaque praestare mihi videbatur me esse talem, qualis essem<sup>2)</sup>.

Factis autem his de hominibus judiciis ortae mihi sunt multae simultates gravissimae nomenque sapientis. Revera autem deus est sapiens et oraculum significavit eum jure haberi sapientem, qui, sicuti Socrates, quam vilis sit hominum sapientia vel potius nulla, perspectum habeat. Itaque etiam nunc id ago, ut alios vana sapientiae opinione completos arguam. Cujus rei quoniam multi adulescentes non modo testes, verum etiam imitatores fuerunt, inde vulgo adulescentes a me corrumpi dictitabant. Illi vero calumniatores si interrogantur, quid docendo Socrates ita peccet, nihil aliud proferre solent, quam vulgare illud, quod omnibus philosophis opprobrium datur non deos esse me credere et causam inferiorem me reddere superiorem.

1) c. III—IV. p. 19A—20C. 2) c. V—VIII. p. 20C—22E.

Ex clandestinorum autem illorum calumniatorum turba extiterunt, qui publice me accusaverunt, Meletus Anytus Lyco<sup>1</sup>).

Atque haec quidem hactenus; videamus nunc de altero accusatorum genere. Hi enim Socratem dicunt injuste facere, quod et adulescentes corrumpat et deos esse neget, quos civitas colat, sed alia daemonia nova esse doceat<sup>2</sup>).

Sed primum Meletus ludit, cum me dicit corrumpere adulescentes. Nam nunquam ei cordi erat quaerere, quis meliores eos reddat; omnes enim homines id facere posse existimat. Sed e contrario pauci idonei sunt ad pueros educandos. Deinde quoniam omnes certe malunt inter cives bene moratos, quam inter improbos vivere, hominis stulti est corrumpere adulescentes, cum ab iis injuria afficiatur. Quamobrem ego si eorum mores depravarem, certe invitus hoc facerem, ita ut privatim admonendus, non publice accusandus essem<sup>3</sup>).

Jam vero Meletus adulescentes me corrumpere dicit docendo non esse deos. Sed primum quod solem dicit me habere lapidem, terram lunam, mihi tribuit, quod Anaxagoras docet. Deinde pugnantia affert. Negat enim me credere deos esse, tamen me credere esse daemonia concedit. Sed quemadmodum humana nemo potest ponere, nisi qui homines esse credit, ita ne daemonia quidem possunt poni nisi ab eo, qui daemones et deos esse putet<sup>4</sup>).

Sed non verendum est, ne me perdant, qui me publice accusaverunt, sed ne multitudinis odio opprimar. Mea enim vivendi ratio periculum moriendi affert; sed vitae anteponenda est honestas. Eodem mortis contemptu clari facti sunt cum alii heroes tum Achilles. Cuique enim is retinendus est locus, in quo deus ipse eum collocavit. A deo autem munus mihi esse injunctum existimo philosophandi et me aliosque cognoscendi. Quod mihi non licet detrectare metu mortis. Nam mortem si metuerem, aliquid me putarem scire, quod revera nescio. Nescio enim, utrum mors sit in malis an in bonis. Non parere autem meliori sive deo sive homini malum et turpe esse satis scio. Prae malis autem manifestis ea, quae fortasse bona sunt, non metuo. Itaque si hac me condicione absolventur iudices, ut in posterum alios explorare desinere, non id committerem, ut munus mihi a deo man-

1) c. IX—X. p. 22E—24B. 2) c. XI. p. 24B—C. 3) c. XII—XIII. p. 24C—26A. 4) c. XIV—XV. p. 26A—28A.

datum derelinquerem, sed vos docere pergerem omnia bona externa posthabenda esse virtuti atque, si quis sibi videretur bonus esse, revera autem non esset, eum convincerem. Hoc enim me facere deus ipse jussit, hoc faciendo utilem me esse existimo civitati<sup>1</sup>).

Deinde damnatio mea non mihi detrimento erit, sed Atheniensium civitati. Ea enim mala, quibus me potestis afficere, supplicium exilium ignominia non vera sunt mala, sed malum est injuste aliquem velle interficere. Quapropter vobis consuletis, si me liberabitis. Vobis enim a deo datus sum, ut vos doceam et castigem; non facile alter monitor eiusmodi vobis obtinget. Divinitus vero me urbi missum esse vel ex eo apparet, quod neglecta re familiari in maxima paupertate vivo hoc unum agens, ut cives ad virtutem colendam excitem<sup>2</sup>).

Sed mirum fortasse multis videbitur esse, quod, cum singulis prodesse studeam, tamen publice civitati consulere nolo. Cujus rei causa divina quaedam est vox, qua semper a negotiorum publicorum administratione deterreor. Et revera si olim ad rem publicam accessissem, nulli utilis dudum morte essem multatus; nemo enim, qui justus tenax multitudini resistit, in libera civitate salvus esse potest. Semper autem justum me esse secutum, inde intellegitur, quod, cum summum imperium penes plebem esset, senatorum unus restiti vulgi suffragio injusto, cum penes paucos esset, ne eorum quidem mandata exsecutus sum<sup>3</sup>).

Itaque si ad rem publicam adissem, salvus jam non essem; semper enim justitiae opitulatus essem. Hanc enim violare cum aliis tum iis, quos dicunt discipulos meos, nunquam permisi. Revera autem nullius fui magister, sed cuique copiam feci mecum colloquendi. Quapropter si inter eos, qui me audiverunt, extiterunt, qui improbi facti sunt, ejus rei culpa injuria in me confertur. Privatim autem neminem docui. Expetiverunt autem adulescentes meam familiaritatem propterea, quod libenter me audire homines examinantem. Eorum si quemquam corrupissem, aut ipsi adulti me jam accusarent aut eorum propinqui. Familiarium autem meorum multi in iudicio adsunt. Sed tantum abest, ut Meleto se quisquam eorum testem praebeat, ut omnes mei defendendi causa huc convenerint<sup>4</sup>).

1) c. XVI—XVII. p. 28A—30B. 2) c. XVIII. p. 30C—31C. 3) c. XIX—XX. p. 31C—32D. 4) c. XXI—XXII. p. 32E—34B.

Fortasse tamen quispiam mihi irascatur, quod in vitae discrimine versans nihil facio ad movendos iudicum animos. Quamquam enim cum alii mihi sunt cognati, tum liberi tres, tamen eorum obtestationibus nolo flectere iudices non contumacia quadam inflatus, sed pudore impeditus. Ferunt enim sapientia quadam ceteris hominibus me excellere. Talem igitur habens famam si indigna facerem, ne summo afficiar supplicio, ignominiam huic urbi injungerem maximam. Praeterea ne justum quidem est iudices precibus mitigare. Juraverunt enim secundum leges se iudicia facturos esse; quare nullus est gratiae locus. Quam si peterem, justo jure in impietatis crimen incurrerem<sup>1)</sup>.

Haec igitur Socrates sui defendendi causa. Sequuntur ea, quae dixit, postquam primis iudicum sententiis damnatus litem suam aestimare jussus est.

Non miror, inquit, quod condemnatus sum, sed illud mirum est, quod Meletus vix justum suffragiorum numerum tulit<sup>2)</sup>.

Actor capitis hanc litem aestimat. Quid ego? Quidnam eo merui, quod meis rebus neglectis per totam vitam cives meos studui reddere sapientiores et meliores? Nempe dignus videor esse, cui publice victus in prytaneo praebeatur<sup>3)</sup>.

Hoc fortasse contumaciter videtur dictum esse. Sed cum aliis nunquam injuriam intulerim, malo me afficiendum esse nego. Mortem in malis non duco. Quamnam autem aliam me commeruisse dicam poenam? Carcerem? Sed nolo servire undecimviris. Multam? Sed solvere non possum. Exilium? Sed in peregrinatione idem me fiet atque in hac urbe<sup>4)</sup>.

De vitae autem consuetudine nihil mutare mihi licet; alioquin deo non parerem. Si tamen aliqua poena irroganda est, argenti minam aut amicis hortantibus et sponsoribus triginta minas poenae loco solvam<sup>5)</sup>.

Socrates postquam secundis sententiis capite damnatus est, haec dixit.

Doleo, o Athenienses, quod me senem capitis condemnastis; nam summa vobis inde nascetur ignominia. Supplicium enim extremum fortasse effugere potui; sed nolui me indigna facere. Ita contumeliis illis non afficiar, quibus adversarii mei onerabuntur. Huc accedet, quod

1) c. XXIII—XXIV. p. 34B—35D. 2) c. XXV. p. 35E—36B.

3) c. XXVI. p. 36B—E. 4) c. XXVII. p. 37A—E. 5) c. XXVIII. p. 37E—38B.

nihil iis conducet mors mea. Me enim necato acriores existent morum vituperatores. Omnino non ita recte remouentur castigatores molesti, ut e medio tollantur, sed ita, ut homines meliores fiant<sup>1)</sup>.

Vos vero, qui me absolvistis, jam doceam, quam vim id habeat, quod modo factum est. Daemonium enim mihi tota in hac causa nunquam adversatum est, unde divinari posse mihi videor mortem non esse in malis mihi ducendam. Mors enim si omnes sensus aufert, somno altissimo comparanda est, si in alium nos locum traducet, magnopere juvabit convenire iudices optimos et viros sapientissimos et cum iis disputare<sup>2)</sup>.

Omnino autem, iudices, viro honesto malum non potest accidere, quod omnes ejus res a diis benevole gubernantur. Opto autem, ut in filios meos ita vindicetis, ut, si divitias anteponant virtuti aut inani sapientiae opinione inflati sint, similiter eos castigetis atque ego Atheniensibus facere consuevi<sup>3)</sup>.

## II. De apologiae dispositione.

Julius Deuschle, Dispositionen von Dialogen des Platon.

I. Apologie des Sokrates. Mützells Zeitschr. f. d. Gymnasialw. 1860. p. 353—76. Repetita est haec dissertatio in libello: J. Deuschle, Dispositionen der Apol. und des Gorg. Leipzig. 1867. p. 1—23.

Prima oratio<sup>4)</sup>.

Exordium<sup>5)</sup>.

1. Socrates suam dicendi rationem excusat. Non utetur iisdem artibus, quibus accusatores, sed vera dicet cotidiano sermone<sup>6)</sup>.
2. Socrates ab Atheniensibus petit, ut, priusquam Meleti criminibus respondeat, se defendere sibi liceat contra adversarios quosdam gravissimos, qui ex longo tempore se calumniati sint<sup>7)</sup>.

1) c. XXIX—XXX. p. 38C—39D. 2) c. XXXI—XXXII. p. 39E—41C. 3) c. XXXIII. p. 41C—42. 4) c. I—XXIV.

5) c. I—II. 6) c. I. 7) c. II. Transitus ad sequentia fit his verbis: *Εἶεν. ἀπολογητέον δὴ, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἐπιχειρητέον ὑμῶν ἐξελεῖσθαι τὴν διαβολὴν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔσχετε, ταύτην ἐν οὕτως ὀλίγῳ χρόνῳ* (p. 18E).

A. Socrates contra priores accusatores se defendit<sup>1)</sup>.

## I. Socrates accusatus erat,

1. quod res vanas et periculosas tractaret,
2. quod eas doceret alios<sup>2)</sup>.

Contra Socrates demonstrat

1. tales artes se non exercere,
2. nunquam se professum esse pueros se docere<sup>3)</sup>.

II. Harum calumniarum origo<sup>4)</sup> repetenda est a Socratis ipsius sapientia, qua et ipse nihil se scire putat et hominibus, qui sapere videntur et sibi et aliis, demonstrat eos revera nihil scire. Demonstrat id autem viris civilibus poetis opificibus<sup>5)</sup>.Hac sapientia<sup>6)</sup>

1. Socrates ipse invisus factus est et illis hominibus insipientibus et audientium magno numero<sup>7)</sup>,
2. eos, qui ejus familiaritate utebantur, corrumpere dicebatur<sup>8)</sup>.

B. Socrates contra Meletum se defendit<sup>9)</sup>.Accusatus est Socrates, quod adulescentes corrumpat, quod non civitatis deos, sed novos colat<sup>10)</sup>.Horum criminum defensio<sup>11)</sup>.I. Socratem accusare, quod adulescentes depravet, non licet Meleto<sup>12)</sup>; nam

1. adulescentium educatio nunquam ei curae erat<sup>13)</sup>,
2. accusat eum, qui admonendus est; nam Socrates si peccasset, peccasset invitus<sup>14)</sup>.

1) c. III—X. p. 19 A Ἀναλάβομεν οὖν ἐξ ἀρχῆς, τίς ἡ κατηγορία ἐστίν, ἐξ ἧς ἢ ἐμὴ διαβολὴ γέγονεν. 2) c. III. p. 19 A—C.

3) c. III—IV. p. 19 C—20 C. 4) p. 20 C Ἐπολάβοι ἂν οὖν τις ὑμῶν ἴσως ἄλλ', ὃ Σώκρατες, τὸ σὸν τί ἐστι πρᾶγμα; πόθεν αἱ διαβολαὶ σοι αὐταὶ γέγονασιν; 5) c. V—VIII. 6) P. 22 E Ἐν ταυτησί δὴ τῆς ἐξετάσεως, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολλὰ μὲν ἀπέχθεται μοι γέγονασι καὶ οἶα χαλεπώτατα καὶ βαρύτερα, ὥστε πολλὰς διαβολὰς ἀπ' αὐτῶν γέγονέναι, ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι σοφὸς εἶναι.

7) c. IX. 8) c. X. 9) c. XI—XV. p. 24 B Περὶ μὲν οὖν ὧν οἱ πρόωτοί μου κατηγοροὶ κατηγοροῦν αὕτη ἐστὶν ἰκανὴ ἀπολογία πρὸς ὑμᾶς· πρὸς δὲ Μέλητον τὸν ἀγαθὸν τε καὶ φιλόπολιν, ὡς φησι, καὶ τοὺς ὑστέρους μετὰ ταῦτα πειράσομαι ἀπολογεῖσθαι. Socratis defensiones contra priores illos accusatores et contra praesentes unam vult orationis efficere partem Deuschleius p. 8—9.

10) c. XI. 11) c. XII—XV. 12) p. 24 C φησὶ γὰρ δὴ τοὺς νέους ἀδικεῖν με διαφθείροντα. ἐγὼ δὲ γε, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀδικεῖν φημι Μέλητον. 13) c. XII. p. 25 C ἀλλὰ γάρ, ὃ Μέλητε, ἰκανῶς ἐπιδείκνυσαι, ὅτι οὐδέποτε ἐφρόντισας τῶν νέων.

14) c. XIII. p. 26 A σὺ δὲ ξυγγενέσθαι μὲν μοι καὶ διδάξαι ἐφυγες—

II. Injuria Meletus Socratem accusat, quod deos esse neget<sup>1)</sup>; nam

1. tribuit Socrati, quae Anaxagoras docet<sup>2)</sup>,
2. concedit Socratem credere esse daemonia. Sed qui credit esse daemonia, eum necesse est credere esse deos<sup>3)</sup>.

C. Socrates contra vulgus se defendit<sup>4)</sup>.a. Socrates vulgo propterea videtur peccare, quod ejus ratio vitae cum mortis periculo conjuncta est<sup>5)</sup>. Sed

## I. mortis metu Socrati non licet suam vitae rationem mutare; nam

1. morte magis timenda est turpitudine, quae cum officii intermissione conjuncta est<sup>6)</sup>,
2. philosophandi munus detrectare malum est; mors autem utrum malum sit necne, dubium est; dubia mala nemo praefert non dubiis<sup>7)</sup>.

II. Socratem si Athenienses propter ejus doctrinam interficerent, non ei nocerent, sed sibi ipsis<sup>8)</sup>.b. Socrates vulgo vituperandus esse videbatur, quod in negotio esse noluit<sup>9)</sup>.Sed eo abstinuit, quod divina quaedam vox id dissuasit. Et recte quidem id videtur fecisse; nam paene periit, cum negotia publica administraret<sup>10)</sup>.

δεῦρο δὲ εἰσάγεις, οἱ νόμος ἐστὶν εἰσάγειν τοὺς κολάσεως δεομένους, ἀλλ' οὐ μαθήσεως.

1) p. 26 A Ἀλλὰ γάρ, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο μὲν δῆλον ἤδη ἐστίν, ὃ ἐγὼ ἔλεγον, ὅτι Μέλητω τούτων οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν πάποτε ἐμέλησεν. ὅμως δὲ δὴ λέγε ἡμῖν, πῶς με φησ διαφθείρειν, ὃ Μέλητε, τοὺς νεωτέρους; ἢ δῆλον δὴ, ὅτι κατὰ τὴν γραφήν, ἣν ἐγράψω, θεοὺς διδάσκοντα μὴ νομίζειν οὐδ' ἡ πόλις νομίζει, ἕτερα δὲ δαιμόνια καινά; 2) c. XIV. 3) c. XV. 4) c. XVI—XXII. p. 28 A Ἀλλὰ γάρ, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὡς μὲν ἐγὼ οὖν ἀδικῶ κατὰ τὴν Μέλητον γραφήν, οὐ πολλῆς μοι δοκεῖ εἶναι ἀπολογίας, ἀλλὰ ἰκανῶς καὶ ταῦτα. ὃ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἐμπροσθεν ἔλεγον, ὅτι πολλῆ μοι ἀπέχθεια γέγονεν καὶ πρὸς πολλοὺς, εὖ ἴστε ὅτι ἀληθὲς ἐστίν. καὶ τοῦτ' ἐστὶν ὃ ἐμὲ αἰρήσει, εἴπερ αἰρή, οὐ Μέλητος οὐδέ ἄνυτος, ἀλλ' ἡ τῶν πολλῶν διαβολὴ τε καὶ φθόνος. 5) c. XVI—XVIII. p. 28 B Ἴσως δ' ἂν οὖν εἴποι τις· εἴτ' οὖν αἰσχύνει, ὃ Σώκρατες, τοιοῦτον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύσας, ἐξ οὗ κινδυνεύεις νυνὶ ἀποθανεῖν; 6) c. XVI. 7) c. XVII. 8) c. XVIII. p. 30 C εὖ γὰρ ἴστε, εἴαν ἐμὲ ἀποκτείνητε τοιοῦτον ὄντα, οἷον ἐγὼ λέγω, οὐκ ἐμὲ μείζω βλάψετε ἢ ὑμᾶς αὐτούς. 9) c. XIX—XX. p. 31 C Ἴσως ἂν οὖν δόξειεν ἄποπον εἶναι, ὅτι δὴ ἐγὼ ἰδία μὲν ταῦτα ξυμβουλευῶ περικῶν καὶ πολυπραγμονῶ, δημοσίᾳ δὲ οὐ τολμῶ ἀναβαίνειν εἰς τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον ξυμβουλευεῖν τῇ πόλει. 10) c. XIX—XX.



e. Socrati vituperationi erat, quod ex ejus disciplina homines quidam perniciosissimi profecti erant<sup>1)</sup>. Sed

1. Socrates privatim se quemquam docuisse negat<sup>2)</sup>;

2. ejus discipuli si ab eo corrupti essent, aut ipsi aut eorum propinqui existerent accusatores<sup>3)</sup>.

Peroratio<sup>4)</sup>.

Socrates non conatur iudicum misericordiam commovere.

Nam hoc facere est

1. turpe<sup>5)</sup>,

2. injustum<sup>6)</sup>.

Altera oratio<sup>7)</sup>.

Exordium. Socrates miratur paucorum suffragiorum discrimine se esse damnatum<sup>8)</sup>.

Litis aestimatio<sup>9)</sup>.

I. Socrates se dignum habet, cui victus in prytaneo praebetur<sup>10)</sup>.

II. Malo se afficiendum esse Socrates negat; nam injuriam non sua sponte fecit. Quare vinculis multa exilio se puniendum esse non concedit<sup>11)</sup>.

III. Socrates, quoniam ei non licet ab officio discedere, poenam luere vult, quam poenam non habet; tantum pecuniae solvere vult, quantum aut ipse habet aut amici offerunt<sup>12)</sup>.

Tertia oratio<sup>13)</sup>.

I. Ii iudices, qui Socratem damnaverunt<sup>14)</sup>,

1. ignominiam urbi intulerunt<sup>15)</sup>,

2. se ipsos a morum vituperatoribus non liberaverunt<sup>16)</sup>.

1) c. XXI—XXII. p. 33A ἀλλ' ἐγὼ διὰ παντὸς τοῦ βίου δημοσία τε, εἴ ποῦ τι ἐπραξα, τοιοῦτος φανοῦμαι καὶ ἰδίᾳ ὁ αὐτός οὗτος, οὐδενὶ πώποτε ἐνγλωσσίας οὐδὲν παρὰ τὸ δίκαιον οὔτε ἄλλα οὔτε τούτων οὐδενί, οὐς οἱ διαβάλλοντες ἐμέ φασιν ἐμούς μαθητὰς εἶναι. 2) c. XXI. 3) c. XXII. 4) c. XXIII—XXIV. p. 34B Εἴεν δὴ, ὦ ἄνδρες, ἂ μὲν ἐγὼ ἔχοιμ' ἂν ἀπολογεῖσθαι, σχεδὸν ἐστὶ ταῦτα καὶ ἄλλα ἴσως τοιαῦτα. 5) c. XXIII. 6) c. XXIV. p. 35B Χωρὶς δὲ τῆς δόξης, ὦ ἄνδρες, οὐδὲ δίκαιον μοι δοκεῖ εἶναι δεῖσθαι τοῦ δικαστοῦ οὐδὲ δεόμενον ἀποφεύγειν, ἀλλὰ διδάσκειν καὶ πείθειν. 7) c. XXV—XXVIII. 8) c. XXV. 9) c. XXVI—XXVIII. p. 36B Τιμᾶται δ' οὖν μοι ὁ ἀνὴρ θάνατον. εἴεν. ἐγὼ δὲ δὴ τίνας ὑμῖν ἀντιτιμῆσομαι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; 10) c. XXVI. 11) c. XXVII. 12) c. XXVIII. 13) c. XXIX—XXXIII. 14) p. 38C λέγω δὲ τοῦτο οὐ πρὸς πάντας ὑμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἐμὸν καταψηφισαμένους θάνατον. 15) c. XXIX. 16) c. XXX.

II. Iis iudicibus, qui eum absolverunt<sup>1)</sup>, Socrates demonstrat mortem sibi non esse malum. Nam

1. daemonium in tota hac causa sibi nunquam restitisse<sup>2)</sup>,

2. mortem ipsam non esse malum, sive sensus tollat sive migratio sit in alium locum<sup>3)</sup>.

Peroratio<sup>4)</sup>. Socrates hortatur

1. eos iudices, qui eum absolverunt, ut bono sint animo,

2. eos iudices, qui eum damnaverunt, ut eodem modo filios suos reprehendant, quo ipse eos reprehendisset.

III. Quo consilio Socratis apologia a Platone scripta sit.

Socratem coram iudicibus se defendisse satis constat. Accusati enim cujusque erat suam causam dicere<sup>5)</sup>. Cui officio si Socrates non satisfacisset, id certe commemoratum esset a scriptoribus aequalibus. Hi<sup>6)</sup> autem testantur Socratem pro se ipsum dixisse. Quare reicienda erit scriptorum multo posteriorum<sup>7)</sup> opinio, qui id factum esse negant.

Jam Plato si Socratis apologiam composuit, id eo consilio potuit facere, ut coram iudicibus Socrates ea uteretur. Sed hoc et per se non est verisimile<sup>8)</sup> et a nullo scriptore traditur.

Apologia igitur si non Socratis publice defendendi causa scripta est, ita orta esse potest, ut Plato eam orationem, quam Socrates ipse habuit, litteris mandaret. Adfuit enim in iudicio<sup>9)</sup> et Socratem causam dicentem et pro se orantem audivit. Qua erat in magistrum

1) p. 39E Τοῖς δὲ ἀποψηφισαμένοις ἠδέως ἂν διαλεχθεῖην ὑπὲρ τοῦ γεγονότος τουτοῦ πράγματος, ἐν ᾧ οἱ ἄρχοντες ἀσχολίαν ἄγονσι καὶ οὐπω ἐργουσι, οἱ ἐλθόντα με δεῖ τεθνᾶναι. 2) c. XXXI. 3) c. XXXII. p. 40C Ἐννοήσωμεν δὲ καὶ τῆδε, ὡς πολλὴ ἐλπίς ἐστὶν ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι. 4) c. XXXIII. 5) ap. 19A τῶ δὲ νόμῳ πειστέον καὶ ἀπολογητέον. 6) Pl. Phaed. 63B πειραθῶ πιθανώτερον πρὸς ὑμᾶς ἀπολογῆσθαι ἢ πρὸς τοὺς δικαστὰς. ib. 69E εἴ τι οὖν ὑμῖν πιθανώτερός εἰμι ἐν τῇ ἀπολογία ἢ τοῖς Ἀθηναίων δικασταῖς, εὖ ἂν ἔχοι. Xen. mem. IV 8, 1 τὴν τε δίκην πάντων ἀνθρώπων ἀληθέστατα καὶ ἐλευθεριώτατα καὶ δικαιοτάτα εἰπών. Cf. [Xen.] apol. 22. Cic. de orat. I 54. Tusc. I 29. 7) Maxim. Tyr. diss. 9 εἰ καλῶς ἐποίησε Σωκράτης μὴ ἀπολογησάμενος. 8) Munk p. 458. 9) Cf. apol. 34A 38B.

pietate, in ejus orationem animum intendit eamque memoriae infixit. Itaque facile eam potuit memoriae prode: Haec de Socratis apologia senserunt Schleiermacherus<sup>1)</sup> et Ueberwegius<sup>2)</sup>, quibus maximam partem assensus est Zellerus<sup>3)</sup>.

Sed fieri sane etiam potuit, ut Plato Socratis defensionem scriberet ratione non diligenter habita orationis Socraticae. Potuit sibi animo fingere rationem quandam hominis sapientissimi defendendi, quae suae ipsius arti responderet neque abhorreret ab illius moribus, talem potuit componere defensionem, qualem philosophus dignam haberet magistro clarissimo quamque ejus laudationem recte dixeris. Hanc de apologia opinionem habuerunt Socherus<sup>4)</sup> Hermannus<sup>5)</sup> Steinhartus<sup>6)</sup>.

Hac de re iudicium facere difficile sane est. Non ita multum enim eorum<sup>7)</sup> tribuerim opinioni, qui quaedam inesse dicunt in Platonis apologia, quae ad Socratem ipsum non verisimiliter referri possint. Utique enim vituperandus videretur esse Plato, si in illa oratione Socratem fecisset dicentem, quae nulla ratione ab eo profecta esse potuissent. Verisimilitudinem quandam nisi secutus esset, quonam jure apologiam dixisset Socratis? Omnia certe, quae in ea exposuit, si a Socrate non dicta erant, tamen ejusmodi esse necesse erat, ut ab eo dici potuissent.

Sed unum maxime obstat, quominus ad Schleiermacheri sententiam accedam. Plato enim si nihil aliud molitus esset, quam ut Socratis orationem litteris consignaret, haec una scriptio non esset Platonis ipsius, diversa esset ejus condicio a ceteris omnibus<sup>8)</sup>. Sed primum qui vel leviter eam cognoverit, non aliam inveniet in ea esse mentem, non aliam artem atque in ceteris Platonis libris. Deinde quo consilio Plato scripsisset hanc apologiam? Scilicet ut monumento esset. Quod si revera voluisset, historicus fuisset, non philosophus. Sed histo-

1) p. 185 sq. Schleiermacherus eo mihi videtur errasse, quod apologiam aut totam Socraticam aut totam non Socraticam esse voluit. Tertium certe datur. Cur dialogi formam hac in re tractanda Plato non usus sit, docent Schleiermacherus p. 187 et Hermannus p. 631 n. 374. 2) p. 237 sq. 3) Philos. der Griech. II 1 p. 163 n. 1. 4) p. 70. 5) p. 630 n. 369. 6) p. 235 sq. In eorum numero, qui Socraticam esse apologiam negant, habendus est etiam L. Georgii (Platons Apologie und Kriton übersetzt. 2. Aufl. Stuttgart 1863). Sed ejus rationes rectissime refutavit Zellerus l. l.

7) Steinhartus p. 235, Susemihlius I p. 90. Recte contra eos disputat Ueberwegius p. 238 sq. 8) Steinhartus p. 236.

riae fidei eum nunquam consuluisse satis constat. Quid, quod ab omni historia prorsus alienus fuit.

Neque illud mihi quisquam recte obiecerit, orationem ipsam colorem quendam habere Socraticum<sup>1)</sup>. Potuitne Plato imitari in scribendo Socratis dicendi rationem? Nonne eodem modo sophistarum artibus usus est in non nullis dialogis? Nonne ubique orationes accommodavit ad dicentium mores?

Platonis igitur si dico esse apologiam<sup>2)</sup>, hoc tamen non nego, in ea scribenda eum respexisse orationem a magistro ipso habitam. Quid enim impedit, quominus eodem modo, quo in aliis dialogis aliorum rationes et doctrinas respexerit et explicaverit, in apologia eum existimemus eorum, quae Socrates se defendens dixerit, rationem habuisse? Sed sua arte eum verisimile est omnia composuisse eademque libertate, qua in omnibus aliis libris usus sit. Quare si quis<sup>3)</sup> ejus apologiam Socratis comparat cum iis orationibus, quae historiis insertae sunt, cum eo non dissentio. Sed hoc addere liceat, si jam rerum scriptores veteres in illis orationibus libertate quadam utebantur, quanto majore probabile est in re simili usum esse philosophum!

Quodsi ex Platonica scribendi ratione verisimiliter concludimus ab eo ipso compositam esse apologiam Socratis, ex hujus libri natura idem nos putamus conficere posse. Diligenter enim eum legenti ortus esse videbitur, postquam, non antequam Socrates damnatus est; nam magis eo docetur, cur damnatus sit Socrates, quam cur non damnandus sit. Socratem autem reum recte putant Hermannus<sup>4)</sup> et Steinhartus<sup>5)</sup> accusantium criminibus magis respondisse, in Platonis autem apologia magis explicari, quatenus Socratis persona et doctrina ab aequalium diversa fuerit. Quattuor autem in rebus Steinhartus<sup>6)</sup> docet positam esse hanc discrepantiam. Primum enim Socrates nihil se scire dicens opponitur hominum multi-

1) Schleiermacherus p. 186. 2) Hoc de apologia iudicium jam veteres quidam fecisse videntur. Cic. Tusc. I 40 97 *oratio, qua fecit eum (Socratem) Plato usum apud iudices*. Appian. de rebus Syr. c. 41 *Σωκράτους εἰπόντος (in iudicio), ἃ δοκεῖ Πλάτων*. Diog. La. II 45 *Πλάτων ἐν τῇ ἀπολογίᾳ — περὶ τούτων (τῶν φησικῶν αὐτὸς λέγει καίπερ ἀνατιθεὶς πάντα Σωκράτει*. Cf. Heffter in Dietschi annal. 1856 p. 335. 3) Steinhartus p. 236. Ei ex parte adstipulatur Zellerus l. l. p. 164 n. 4) p. 470. 5) p. 235 sq. 6) p. 240 sq.

tudini, quae scientiam se habere falso arbitratur, deinde usus, quem Socrates cum civibus suis habuit, sophistarum institutionibus, tum philosophus principibus civitatis, denique homo vere pius aequalibus aut superstitiosis aut impiis.

Sed haec utut sunt, hoc sane dubium non est, quid Plato in apologia scribenda secutus sit. Scilicet magistri imaginem exprimere voluit in summo discrimine versantis. Nullo enim tempore magis admirabilis erat Socrates, quam quo accusatus erat et causam agebat. Illa autem animi magnitudo, illa dignitas sapientis, illa tranquillitas discipulum ejus amantissimum tam vehementer potuit permovere, ut laudem ejus scribere constitueret.

Hoc fuisse Platonis consilium in apologia scribenda jam antiquitus cognitum est. Testem hujus rei affero locupletissimum Dionysium Halicarnassensem. Hic<sup>1)</sup>: *δικανικὸς μὲν οὖν λόγος εἷς ἐστὶ Πλάτωνι Σωκράτους ἀπολογία δικαστηρίου μὲν ἢ ἀγορᾶς οὐδὲ θύρας ἰδῶν, κατ' ἄλλην δὲ τινα βουλήσιν γεγραμμένος οὐτ' ἐν λόγοις τόπον ἔχων οὐτ' ἐν διαλόγοις. Idemque<sup>2)</sup>: λαβὲ καὶ παρὰ Πλάτωνος παραδείγματα ἀγῶνων πλειόνων συμπεπλεγμένων καὶ τρόπων τινὰ πάντων μερῶν τῆς ὀητορικῆς συναγομένων. ἡ Σωκράτους ἀπολογία τὴν μὲν πρότασιν ἔχει, ὡς τὸ ἐπίγραμμα δηλοῖ, ἀπολογία, ἐστὶ δὲ καὶ Ἀθηναίων κατηγορία, εἰ τοιοῦτον ἄνδρα εἰς δίκην ὑπήγαγον. καὶ κέκρυπται τὸ πικρὸν τῆς κατηγορίας τῷ ἐπιεικεῖ τῆς ἀπολογίας· ἃ γὰρ ὑπὲρ αὐτοῦ ἀπολογεῖται, Ἀθηναίων κατηγορεῖ. δύο μὲν αὐταὶ συμπλοκαί. τρίτη δὲ ὁ λόγος ἐστὶ Σωκράτους ἐγκώμιον, καὶ τὸ ἐπαχθὲς τοῦ λόγου ἐπεσκιάσται τῷ ἀναγκαίῳ τῆς ἀπολογίας. τρίτη αὐτὴ συμπλοκή. καὶ γέγονασι δύο μὲν δικανικαὶ ὑποθέσεις συνημμένα, ἡ ἀπολογία καὶ ἡ κατηγορία, μία δ' ἐγκωμιαστικὴ ὁ ἔπαινος ὁ Σωκράτους. τετάρτη συμπλοκή, ἥπερ μεγίστη ὑπόθεσις τῷ Πλάτωνι, ἔχουσα συμβουλευτικὴν ἰδέαν δύναμιν, φιλόσοφον δὲ τὴν θεωρίαν. ἐστὶ γὰρ τὸ βιβλίον παράγγελμα, ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν φιλόσοφον. τοῦτο, ὡς μὲν ἐν ὀητορικῇ, συμβουλευτικὴ ἰδέα· ὡς δ' ἐν φιλοσοφίᾳ, δόγμα παραδιδόμενον· τοιοῦτον γὰρ εἶναι τὸν φιλόσοφον, ὁποῖος ἐν τῇ ἀπολογία φαίνεται Σωκράτους. Post Dionysium Socratis apologiam habuerunt ἐγκώμιον ἐν ἀπολογίᾳ σχήματι Socherus Stallbaumius Steinhartus alii.*

1) de admir. vi Demosth. c. 23. p. 1026 R. 2) ars rhetorica c. 8 p. 295 R.

Ad hoc consilium Socratis laudandi alterum videtur accessisse. In principio enim apologiae Socrates aliter se dicturum ait atque oratores<sup>1)</sup>. Inde fortasse collegeris Platonem apologia scribenda exemplum voluisse praebere ejus eloquentiae, quam unice veram et philosopho dignam habuit, diversae ab eloquentia vulgari. Quam ob rem non dissimile est veri, quod Boeckhius<sup>2)</sup> de apologia suspicatus est. Putat enim oppositam eam esse ei defensionem, quam Lysias pro Socrate scripsisse satis certum est<sup>3)</sup>. Etiam in Menexeno et Phaedro Plato se ostendit adversarium eloquentiae Lysianae<sup>4)</sup>.

Iam Plato si apologia scribenda docere voluit, quomodo philosophus causam agat, facile est judicare, quid tribuendum sit vituperio Cassii Severi oratoris procacissimi<sup>5)</sup>: *eloquentissimi viri Platonis oratio quoque pro Socrate scripta nec patrono nec reo digna est. Causidicum rem longe aliter gesturum fuisse, facile concedi potest; sed neque in Socratem illud vituperium cadit neque in Platonem, quod causidicorum more causam dicere noluerunt. Et si Socrates ut causidicus se defendisset, Plato certe, qui illam eloquentiam contempsit, ejus orationem posteritati non tradidisset.*

Restat, ut de aliis apologiis Socratis quaedam dicam. Et primum quidem Plato ipse Socrati in judicio adfuisse dicitur, sed pro eo dicere incipiens adversariorum clamoribus interpellatus et de suggestu deturbatus esse<sup>6)</sup>. Deinde causam Socraticam a rhetoribus multifariam tractatam esse satis constat. Iam unus ex aequalibus Polycrates<sup>7)</sup> *κατηγορίαν Σωκράτους* scripsisse fertur. Lysiam modo commemoravi. E posteriorum numero nominandi videntur Zeno Stoicus Theon Antiochiensis Demetrius Phalereus Plutarchus Galenus Libanius<sup>8)</sup>.

1) p. 17B sq. 2) in Minoem p. 182. Aliter Stallbaumius p. 42. 3) Cic. de orat. I 54, Quint. II 15, 30, Valer. Max. VI 4, 2, Plut. vit. X orat. p. 836B, Diog. La. II 40. 4) Steinhartus p. 237. 5) apud Senec. controv. exc. III praef. 8 p. 361 ed. Burs. cf. Tac. an. I 72; IV 21. Fr. Thiersch, Wiener Jahrb. d. Liter. 1818. III p. 70. 6) Diog. La. II 41 *κοινομένον δ' αὐτοῦ (Σωκράτους) φησὶν Ἰουστός ὁ Τιβερίους ἐν τῷ στέμματι Πλάτωνα ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ εἰπεῖν· νεώτατος ὢν, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα ἀναβάντων, τοὺς δὲ δικαστὰς ἐκβοῆσαι· κατάβα, κατάβα. Olympiodor. in Gorg. (supplement. annal. Jahn. XIV p. 392 sq.). cf. Heffter in Dietschi annal. 1856 p. 379 sq. 7) Hermannus p. 629. 8) Steinhartus p. 280, Menagius ad Diog. La. II 40.*

## IV. De Socrate reo.

Socrates septuaginta annos natus erat, cum accusatus est; antea nunquam in jus vocatus erat<sup>1)</sup>. Eum autem insimulaverunt adulescentes corrumpere, non eosdem deos colere atque civitatem, sed nova daemonia inducere<sup>2)</sup>.

Et primum quod Socrates adulescentium mores corrumpere dicebatur, discipulos quidem se habere negavit. Quod ita demonstravit, ut sophistarum institutiones respiceret, qui ejus aetate praeceptores habebantur clarissimi. Illos enim satis constabat non publice docuisse, sed solos eos admisisse, qui mercedem quandam solvissent<sup>3)</sup>. Eorum sane morem Socrates non secutus est, sed tribus in rebus cum iis discrepuit. Primum enim nemo ei in disciplinam datus est<sup>4)</sup>, sed publice habuit colloquia, quibus interesse cuique licuit summo infimo diviti pauperi<sup>5)</sup>. Civibus igitur suis eadem ratione usus est, qua civi cuique permissum erat. Deinde ab iis, qui aut ipsi cum eo disputabant aut eum audiebant cum aliis disputantem, mercedem non exegit<sup>6)</sup>, quamquam per totam vitam pauper erat<sup>7)</sup>. Quid quod sua causa illa colloquia habere videbatur et tanti facere, ut prae iis omnem rem familiarem negligeret<sup>8)</sup>. Denique non artem quandam Socrates professus est, quam alios doceret<sup>9)</sup>. Quamobrem summo jure negavit se cuiquam quidquam clam praecepisse, quod aliis audire non licuisset<sup>10)</sup>, et magnam hominum multitudinem testem producere potuit et ejus rationis, qua in docendo usus erat, et earum rerum, de quibus disputaverat.

Deinde Socrates eorum, qui familiariter se usu essent, neminem a se corruptum esse, inde dicit intellegi, quod nemo eorum accusator exstiterit<sup>11)</sup>. Quid quod sibi ipsum se nociturum fuisse profitetur, si adulescentes corrupisset; ita enim malos habuisset familiares<sup>12)</sup>. At eorum, quibus usus erat cum Socrate, non nulli civitati magnum detrimentum importaverant. Satis est afferre nomina Alcibiadis et Critiae, quorum facinora erant qui Socrati crimini verterent. Sed jure Socrates suos sermones audiendo hos viros malos factos esse negare et ejus rei culpam a se amovere potuit<sup>13)</sup>.

1) ap. 17D. 2) ap. 24B. 3) ap. 19D. 4) ap. 19D 20C 33A. 5) ap. 33B. 6) ap. 19D 31B 33A. 7) ap. 23B. 8) ap. 31B. 9) ap. 33B. 10) ap. 33B. 11) ap. 33D. 12) ap. 25C. 13) ap. 33A. Cf. Stallbaumium p. 31 sq.

Tum Socratem accusaverunt, quod deos publicos esse negaret<sup>1)</sup>. Sed quod solem lunam alios deos publicos ab eo numina divina non haberi dicebatur, id injuria factum erat. Haec opinio inde fortasse nata erat, quod in philosophorum numero habebatur, philosophi autem, imprimis Anaxagoras, talia docebant. Tributum igitur Socrati est, quod alii praeceperant<sup>2)</sup>. Deinde Socrates hujus rei falso se esse accusatum, inde dicit satis cognosci, quod adversarii ipsi daemonia quaedam se colere concederent. Eum autem, qui daemonia, i. e. divina quaedam, esse credat, necesse esse etiam deos esse credere, ita ut accusantes secum ipsi pugnent<sup>3)</sup>.

Denique quod accusatores Socratem dixerunt nova daemonia induxisse, dolose sane egerunt. Primum enim numero plurali usi Socratem voluerunt multa daemonia nova finxisse. Quod eos fecisse putandum est, quo magis expulsis diis publice sancitis novos in civitatem deos videretur introduxisse. Deinde *δαιμόνιον* substantive de numine divino acceperunt, quod propria vi sua esset<sup>4)</sup>. Utrumque falso posuerunt. Nam nunquam Socrates de multis daemoniis verba fecerat et *δαιμόνιον* adjectivi vi et potestate usurpaverat, ita ut non deum, sed divinum quiddam significaret<sup>5)</sup>.

Illud autem daemonium Socrates ipse oraculo comparavit<sup>6)</sup> et signum quoddam esse dixit a deo sibi datum<sup>7)</sup>. Quod ubi factum est, vocem sibi visus est audire<sup>8)</sup>. Ei jam puero illud factum est et per totam vitam frequens erat. Solebat autem eum nunquam impellere ad agendum, sed ei adversari, ubi quid non bene facturus erat in rebus non solum gravissimis, sed etiam levissimis<sup>9)</sup>. Itaque rectissime Cicero<sup>10)</sup> daemonium interpretatus est *divinum quiddam, cui semper ipse paruit nunquam impellenti, saepe revocanti*. Illi autem daemonio paruit Socrates, cum a rebus publicis gerendis abstinere consti-

1) ap. 26B. 2) ap. 26D. 3) p. 27A sq. 4) cf. Stallbaumius p. 23. 5) ap. 27C. cf. Zeller, Philos. der Griechen II 1 p. 73 n. 6. 6) ap. 40A ἡ εἰσθνιά μοι μαντική ἢ τοῦ δαιμονίου. 7) ap. 40B τὸ τοῦ θεοῦ σημεῖον. 8) ap. 31D φωνή τις γιγνομένη. 9) ap. 40A ἡ εἰσθνιά μοι μαντική ἢ τοῦ δαιμονίου ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παντὶ πάντῃ πονηρῇ αἰεὶ ἦν καὶ πάντῃ ἐπὶ μικροῖς ἐναντιούμενη, εἴ τι μέλλοιμι μὴ ὀρθῶς πράξειν, ib. 31D ἐμοὶ δὲ τοῦτό ἐστιν ἐκ παιδὸς ἀρχόμενον φωνή τις γιγνομένη, ἢ ὅταν γένηται αἰεὶ ἀποτρέπει με τοῦτον ὃ ἂν μέλλω πράττειν, προτρέπει δὲ οὐποτε. 10) de div. I 54 122.

tueret<sup>1)</sup>, illud dixit signum, cum causam ageret, neque domo egredienti neque suggestum ascendenti sibi a deo datum esse<sup>2)</sup>.

Daemonii igitur Socratici natura posita esse videtur in sensu quodam ejus, quod ei conveniens erat<sup>3)</sup>. Cujus quatenus rationem sibi reddere non potuit, auctorem deum quendam esse credidit. Sibi autem daemonium existimavit consulere in rebus et obscuris et incertis, in quibus mentis acies parum valet. Praesagitione igitur divina saepe impeditus erat, quominus quidquam faceret. Cum autem quaereret, cur revocaretur, inveniebat id, quod facturus esset, periculosum sibi futurum fuisse<sup>4)</sup>. Itaque a re publica capessenda propterea deterritum se esse putavit, quod, si eam capessivisset, mox interisset nec cuiquam utilitatem attulisset<sup>5)</sup>. Item quod daemonium in causa agenda ei nunquam adversatum est, ideo speravit eventum ejus sibi prosperum fore<sup>6)</sup>.

Quodsi satis docuerimus inanes fuisse accusantium criminationes, non propter eas Socratem damnatum esse quisque concedet, sed propter rumores, quos calumniatores de eo sparserant<sup>7)</sup>. Illae autem calumniae non tantum valuissent, quantum valebant, si ortae essent e singulis quibusdam rebus, si non pertinuisent ad totam vitae degendae rationem.

Quamnam autem vitam Socrates degebat? Nimirum philosophiam tractabat et homines examinabat<sup>8)</sup>. Hoc autem munus se sustinere existimavit jussu divino<sup>9)</sup>. Huc referendum est illud oraculum Chaerephonti datum,

1) ap. 31D τούτ' ἔστιν ὃ μοι ἐναντιοῦται τὰ πολιτικά πράττειν.

2) ap. 40A ἔμοι δὲ οὔτε ἐξιόντι ἑωθεν οἰκοθεν ἤναντιώθη τὸ τοῦ θεοῦ σημεῖον, οὔτε ἤνικα ἀνέβαινον ἐνανθοῖ ἐπὶ τὸ δικαστήριον, οὔτ' ἐν τῷ λόγῳ οὐδαμοῦ μέλλοντί τι ἐρεῖν· καίτοι ἐν ἄλλοις λόγοις πολλαχού δή με ἐπέσχε λέγοντα μεταξὺ. 3) Hermannus p. 236 daemonium interpretatus est *die innere Stimme des individuellen Tactes*. 4) Zellerus l. l. p. 76. 5) ap. 31D sq.

6) ap. 40B κινδυνεύει γὰρ μοι τὸ ξυμβεβηκὸς τοῦτο ἀγαθὸν γεγονέναι, καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως ἡμεῖς ὀρθῶς ὑπολαμβάνομεν, ὅσοι οἴομεθα κερδὸν εἶναι τὸ τεθνῆναι. μέγα μοι τεμῆριον τούτου γέγονεν. οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως οὐκ ἤναντιώθη ἂν μοι τὸ εἰσθὸς σημεῖον, εἰ μὴ τι ἐμελλον ἐγὼ ἀγαθὸν πράξειν. 7) annot. ad ap. 19A.

8) ap. 28E φιλοσοφούντά με δεῖν ζῆν καὶ ἐξετάζοντα ἐμάντων καὶ τοὺς ἄλλους. Cf. p. 38A. 9) ap. 23B ταῦτ' οὐκ ἐγὼ μὲν ἔτι καὶ νῦν περιμῶν ζητῶ καὶ ἐρευνῶ κατὰ τὸν θεόν, καὶ τῶν ἀστῶν καὶ τῶν ξένων ἂν τινα οἴωμαι σοφὸν εἶναι· καὶ ἐπειδὴν μοι μὴ δοκῆ, τῷ θεῷ βοηθῶν ἐπιδείκνυμαι, ὅτι οὐκ ἔστι σοφός. Ib. 33C ἔμοι δὲ τοῦτο, ὡς ἐγὼ φημι, προστέτακται ὑπὸ τοῦ θεοῦ πράττειν καὶ

quo Socrates omnium sapientissimus declaratus est<sup>1)</sup>. Quamquam enim propter id demum hominum examina eum instituisse vix jure dixeris, tamen valde eo confirmatum esse in opere suscepto verisimile est<sup>2)</sup>.

In philosophia autem Socrates non ita versatus est, ut iisdem rebus studeret perscrutandis atque qui et ante eum et ejus aetate in eam incubuerunt. Quos constat maximam operam dedisse rebus physicis aperiendis. Eorum studia Socrates quamquam non parvi fecit, tamen non fovit<sup>3)</sup>. Negavit quoque sequi se Anaxagoram<sup>4)</sup>, qui illis temporibus summa auctoritate fuisse videtur. Atque revera non jure discipulus ejus dici<sup>5)</sup> videtur, quamquam ejus libros et praecepta eum cognovisse verisimile est<sup>6)</sup>. Suam vero ipsius sapientiam appellat humanam quandam i. e. talem, qualis ad hominem pertineat.<sup>7)</sup> Rectissime igitur Cicero<sup>8)</sup>: *Socrates, inquit, primus philosophiam devocavit de caelo et in urbibus collocavit et in domus etiam introduxit et coegit de vita et moribus rebusque bonis et malis quaerere*.

Sed qualis est philosophia illa Socratica? Qua in re recte aestimanda ratio habenda erit vitae, quam Socrates degebat. Cotidie enim in publico erat cum civibus disputans<sup>9)</sup>. In hominum autem coetu facile erat cognoscere, quantum nocerent opiniones inanes, quibus maxima hominum pars ad agendum adduceretur<sup>10)</sup>. Ea enim, quae peccarentur, peccari ei videbantur, quod certa agendi consilia deessent. Quid quod tota plurimorum hominum vita ideo perversa ei videbatur esse, quod non satis intellegerent, quid sibi sequendum esset, quid fugiendum<sup>11)</sup>. Plerique enim non in virtute colenda, sed in divitiis aut

ἐν μαρτυρίῳ καὶ ἐξ ἐννοιῶν καὶ παντὶ τρόπῳ, ὅπερ τις ποτε καὶ ἄλλη θεία μοῖρα ἀνθρώπῳ καὶ ὀτιοῦν προσέταξε πράττειν. Cf. p. 28D sq.

1) ap. 20E sq. Illud oraculum post Platonem innumerabiles fere scriptores commemoraverunt. Quamquam autem facile largimur illos versus, qui leguntur apud Diog. La. II 37 aut apud schol. ad Arist. nub. 145, posterioribus temporibus ortos esse, tamen non est, cur cum non nullis (Plut. adv. Colot. 17 p. 1116E Athen. V 218E) revera illud oraculum Socrati datum esse negemus.

2) Zellerus l. l. p. 50 n. 1. 3) ap. 19E. 4) ap. 26B.

5) Diog. La. II 19 45. 6) Zellerus l. l. p. 47 n. 2. 7) ap. 20D ἐγὼ — δι' οὐδὲν ἄλλ' ἢ διὰ σοφίαν τινὰ τοῦτο τὸ ὄνομα ἔσχημα. ποίαν δὲ σοφίαν ταύτην; ἤπερ ἔστιν ἰσως ἀνθρώπινη σοφία· τῷ ὄντι γὰρ κινδυνεύω ταύτην εἶναι σοφός. 8) Tusc. V 4 10.

9) ap. 17C. 10) ap. 21C sq. 22A. 11) ap. 38A ἐάν τ' αὐ λέγω, ὅτι καὶ τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ὃν ἀνθρώπῳ τοῦτο, ἐκάστης ἡμέρας περὶ ἀρετῆς τοὺς λόγους ποιεῖσθαι καὶ τῶν ἄλλων,

parandis aut augendis et in honoribus adipiscendis beatitudinem arbitrati sunt positam esse<sup>1)</sup>.

Quae cum ita essent, profecto mirum non erat, quod omnium vitiorum causam Socrates positam esse existimavit in ignorantia quadam. Minus enim homines peccarent, si satis intellexissent, quid omnino faciendum esset, et si eorum, quae facerent, rationes reddere possent. Quamobrem summum putavit esse homines docere propterea eos perverse agere, quod opinionibus, quae et verae et falsae esse possent, ducerentur, quod non sequerentur certam scientiam<sup>2)</sup>. Alios autem homines cum doceret ignorantia errare et peccare, ipse videbatur iis sapiens esse. Sed qua erat cognitione rerum humanarum, sapientiam sibi ipse non tribuit, sed dei esse iudicavit; uno se sapientiae studio se dedisse<sup>3)</sup>.

Omnes autem generis humani praeceptores summi, qui docent futiles et vanas esse eas res, quas multitudo sectetur, a paucis eo studio afficiuntur, quo digni sunt, a plurimis non satis intelleguntur et, quod molesti sunt, facile in odium incurrunt. Plerique enim aegre ferunt, quod videntur stulti esse et perversi. Quare non mirum est, quod multi exstiterunt, qui Socratem calumniati sunt, multi exstiterunt, qui eos libenter audiverunt<sup>4)</sup>.

περὶ ὧν ὑμεῖς ἐμοῦ ἀκούετε διαλεγόμενον καὶ ἐμάντων καὶ ἄλλους ἐξετάζοντος, ὁ δὲ ἀνεξέταστος βίος οὐ βιωτὸς ἀνθρώπων, ταῦτα δ' ἔτι ἤτιον πείσεσθέ μοι λέγοντι.

1) ap. 29D ἔωσπερ ἂν ἐμπνέω καὶ οἶός τε ὦ, οὐ μὴ παύσωμαι φιλοσοφῶν καὶ ὑμῖν παρακλεινόμενος τε καὶ ἐνδεικνύμενος ὅτι ἂν αἰεὶ ἐντυγχάνω ὑμῶν λέγων οἷάπερ εἶπα, ὅτι ὦ ἄριστε ἀνθρώπων Ἀθηναῖος ὦν πόλεως τῆς μεγίστης καὶ εὐδοκίμοιτάτης εἰς σοφίαν καὶ ἰσχυρὰν χρημάτων μὲν οὐκ αἰσχυρεῖ ἐπιμελούμενος, ὅπως σοὶ ἔσται ὡς πλείστα, καὶ δόξης καὶ τιμῆς, φρονήσεως δὲ καὶ ἀληθείας καὶ τῆς ψυχῆς, ὅπως ὡς βελτίστη ἔσται, οὐκ ἐπιμελεῖ οὐδὲ φροντίζεις; Cf. p. 30B. 2) Quamquam non est verisimile illud discrimen, quod dialectici inter δόξαν et ἐπιστήμην esse voluerunt, jam a Socrate factum esse, id tamen fundamentum quoddam esse totius philosophiae ejus concedendum erit. Cf. Zeller. I. I. p. 94 n.2.

3) ap. 23A οἴονται γὰρ με ἐκαστοτε οἱ παρόντες ταῦτα αὐτὸν εἶναι σοφόν, ἢ ἄν ἄλλον ἐξελέγξω· τὸ δὲ κινδυνεύει, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῷ ὄντι ὁ θεὸς σοφὸς εἶναι καὶ ἐν τῷ χρησμῷ τοῦτο τοῦτο λέγειν, ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ὀλίγον τινὸς ἀξία ἐστὶ καὶ οὐδενός, καὶ φαίνεται τοῦτο λέγειν τὸν Σωκράτη, προσκεχρησθῆναι δὲ τῷ ἐμῷ ὀνόματι ἐμὲ παράδειγμα ποιούμενος, ὥσπερ ἂν εἰ εἶποι, ὅτι οὗτος ὑμῶν, ὦ ἄνθρωποι, σοφώτατός ἐστιν, ὅστις ὥσπερ Σωκράτης ἐγνωκεν, ὅτι οὐδενός ἀξίος ἐστὶ τῆ ἀληθείας πρὸς σοφίαν. 4) ap. 22E Ἐκ ταυτησὶ δὴ τῆς ἐξετάσεως — πολλαὶ μὲν ἀπέχθειαι μοι γέγονασι καὶ οἶα χαλεπώταται καὶ βαρύνταται, ὥστε πολλὰς διαβολὰς ἀπ' αὐτῶν γεγονέναι, ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι σοφὸς εἶναι.

Socrates igitur quoniam nihil habuit antiquius, quam ut homines examinaret et perversitatis convinceret, non iis rebus vacabat, quibus plerique studebant, rem publicam non attigit. Eos enim, qui negotia publica gererent, plerumque longe aliis rebus duci intellexit, quam sapientiae et virtutis amore. Recte igitur sensit, si ea tractasset, brevi se periturum fuisse<sup>1)</sup>. Contra sperare certe potuit, ubi primum homines fierent meliores, etiam rationem civitatis gubernandae futuram esse meliorem. Nam quod singulis civibus prosit, id etiam civitati universae prodesse necesse est<sup>2)</sup>.

Socrates autem quamquam in rebus publicis gerendis non versatus est, tamen civis officia non deseruit. Legibus enim patriis semper erat oboediens<sup>3)</sup>. Quare primum militiam non detrectavit; intererat tribus expeditionibus. Strenuum autem eum fuisse militem jam ex eo loco confeceris, quo in pugnis anno CCCCXXXII apud Potidaeam, anno CCCCXXIV apud Amphipolim, anno CCCCXXII apud Delium commissis vel cum vitae periculo se hostium impetum sustinuisse dicit. Quocum plane consentiunt, quae aliis quoque locis de Socratis fortitudine tradita sunt. In proelio enim apud Potidaeam facto Alcibiadem vulneratum servasse dicitur adeoque effecisse, ut hic, quo ipse dignus esset virtutis praemio, donaretur<sup>4)</sup>. In pugna ad Delium commissa constantia, quam in fuga praebuit, summis laudibus affecta est<sup>5)</sup>.

Deinde Socrates civis boni officii satisfecit etiam cum senator esset. Accidit enim illo ipso tempore, quo ejus tribus Antiochis senatui praesidebat, ipse autem princeps erat ejus, ut causa illa famosa ageretur decem ducum, qui anno CCCCIV apud Arginussas insulas Lacedaemonios superaverant, sed accusabantur, quod mortuos non sepelivissent<sup>6)</sup>. Qua in re Socrates satis demonstravit, quam diversa fuerit sua agendi ratio a ceterorum rationibus. Unus enim restitit omnibus senatoribus, qui contra legem suffragia tulerant. Jure autem eum restitisse postea satis cognitum est; poenituit enim Athenienses illius iudicii.

1) ap. 31D. 2) Senec. de tranq. an. 3 *Nec is solus rei publicae prodest, qui candidatos extrahit et tuetur reos et de pace belloque censet, sed qui juventutem exhortatur, qui in tanta bonorum praeceptorum inopia virtutem instillat animis etc.* 3) ap. 28E sq. 4) symp. 220DE Charm. 153A. 5) symp. 221AB Lach. 181B. 6) ap. 32A sq.

Eandem fortitudinem et constantiam Socrates iis temporibus ostendit, quibus Athenienses triginta tyrannorum dominatione opprimebantur<sup>1)</sup>. Jussus enim erat cum quattuor aliis civibus Leontem hominem divitissimum e Salamina insula arcessere, ut occideretur. Sed illorum imperio non oboedivit, quare paullum aberat, quin morte multaretur.

Jam satis nobis videtur ostendisse Socratis et vivendi rationem et agendi consilia non multitudini potuisse probari, sed paucis, ita ut non difficile sit cognoscere, cur in magnam invidiam venerit et injuste damnatus sit. Huc accessit, quod longe aliter se defendit atque alii, qui causam orabant. Optime hoc ipse sensit<sup>2)</sup>. Non usus est enim ea et dicendi et docendi ratione, qua caudici. Nimirum hi plerumque omnia sibi licere putant moliri, quibus culpam a reo demovere se posse putant. Socrates ne defendere quidem se visus est, sed ea satis duxit explicare, quae ad litem recte aestimandam pertinere et vera esse videbantur, ita ut iudices, si veritatis studio incensi fuissent, facile potuissent omnia juste iudicare<sup>3)</sup>. Praeterea nihil fecit ad animos iudicum flectendos. Non descendit ad preces, non liberos et propinquos in iudicium produxit<sup>4)</sup>. Hanc liberam sapientis contumaciam a magnitudine animi ductam, non a superbia<sup>5)</sup> Cicero<sup>6)</sup> admiratus haec de eo dixit: *Imitatus est homo Romanus et consularis veterem illum Socratem, qui cum omnium sapientissimus esset sanctissimeque vicisset, ita in iudicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videretur esse iudicium*.

Illa et vivendi et causam dicendi ratione non nulli<sup>7)</sup> inducti sunt, ut suspicarentur noluisse Socratem absolvi, libenter mortem petivisse. Sed se velle absolvi ipse dicit<sup>8)</sup>

1) ap. 32C sq. 2) ap. 17B sq. 3) ap. 18A τοῦτο ὑμῶν δέομαι δίκαιον, ὡς γ' ἐμοὶ δοκῶ, τὸν μὲν τρόπον τῆς λέξεως εἶναι — ἴσως μὲν γὰρ χεῖρον, ἴσως δὲ βελτίον ἂν εἴη — αὐτὰ δὲ τοῦτο σκοπεῖν καὶ τούτω τὸν νοῦν προσεχεῖν, εἰ δίκαια λέγω ἢ μὴ δίκαστοῦ μὲν γὰρ αὐτῆ ἀρετῆ, ἧτορος δὲ τάληθ' ἔλεγειν. 4) ap. 34C. 5) Cic. Tusc. I 29 71. 6) de or. I 54 231. 7) Köchly, Sokrates und sein Volk (akadem. Vortr. u. Reden I p. 362) Sokrates hat nicht nur nichts gethan und alles unterlassen, um seine Freisprechung zu bewirken, er hat vielmehr alles aufgeboden, um seine Verurtheilung durchzusetzen. Cf. Grote, hist. of Greece VIII p. 654 sq. Cf. Zeller l. l. p. 162 n. 1. 8) ap. 19A ἐπιχειρητέον ὑμῶν ἐξελεσθαι τὴν διαβολήν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔσχετε, ταύτην ἐν οὕτως ὀλίγῳ χρόνῳ βουλομένη μὲν οὖν ἂν τοῦτο οὕτω

et, ut absolveretur, se defendit; alioquin non homo verus, sed vanus fuisset. Illa autem tranquillitas et constantia admirabilis posita erat in ejus et natura et doctrina. Nihil enim sibi accidere ei persuasum erat, quod non divinitus sibi missum ideoque bonum et fortunatum esset<sup>1)</sup>.

Quid autem erat malum illud extremum, quod ei minabantur damnato? Scilicet ei moriendum erat. Sed tantum aberat, ut mortem duceret in malis, ut neminem scire diceret, num sit summum bonum. Quapropter timere mortem insipientis esse existimavit<sup>2)</sup>. Talia autem qui sentit, is profecto non omnia experitur, ut liberetur.

## V. De Socratis accusatoribus.

C. F. Hermanni disputatio de Socratis accusatoribus. Gottingae. 1854.

Meletus e Pitthensium pago oriundus<sup>3)</sup> a Platone ipso eo tempore, quo Socratem accusavit admodum adulescens dicitur paeneque imberbis<sup>4)</sup> atque adeo obscurus, ut Socrates<sup>5)</sup> fateatur vix se eum noscere. Quare mirum non est, quod talis homo parum intellexit senem illum sapientissimum, quem accusavit, atque hinc factum est, ut omnes loci, quibus Meletum Socrates commemorat, ironiae pleni sint. Irridetur enim Meletus, quod juvenili licentia res gravissimas se curasse simulet, quod satis sibi videatur perspexisse, qua ratione pueri sint educandi<sup>6)</sup> atque omnino unde potissimum civitatis emendandae initium faciendum sit<sup>7)</sup>. Quamobrem ironice appellatur civis bonus et patriae amans<sup>8)</sup>. Turpi autem ignorantia peccat, quod quae Anaxagoras docuit, tribuit Socrati<sup>9)</sup> atque omnino Socrates inde cognosci dicit ejus superbiam et petulantiam, quod sui tentandi causa se videatur accusavisse ideoque in re seria jocatus esse<sup>10)</sup>.

Meletum Plato<sup>11)</sup> dicit accusatoris nomen sustinuisse poetas ulturum, quippe quos Socrates sicuti rei publicae administratores et opifices inscientiae arguisset. Quod quorsus pertineat, non satis liquet. Meletus sane a Pla-

γενέσθαι, εἰ τι ἀμεινον καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοί, καὶ πλέον τί με ποιῆσαι ἀπολογουμένων.

1) ap. 30D 35D. 2) ap. 29A sq. 3) Euthyphr. 2B. 4) Euthyphr. l. l. apol. 25D 26E. 5) Euthyphr. 2B. 6) ap. 24D. 7) Euthyphr. 2C. 8) ap. 24B. 9) ap. 26D. 10) ap. 26E 27E. 11) ap. 23E.

tonis scholiasta τραγωδίας φανῶλος ποιητής nominatur<sup>1)</sup> et cum eo consentit scholion Aristophaneum<sup>2)</sup>. Sed quae scholiasta Platonicus de Socratis accusatoribus tradit, ea omnia esse incredibilia satis docuit C. F. Hermannus<sup>3)</sup>. Ac primum quidem dubium non est, quin Meletus tragicus, qui apud Aristophanem exagitur, a scholiastis temere confusus sit cum Meleto Socratis accusatore. Nam tragicus ille a comicis aliter describitur, quam Socratis ille accusator a Platone, deinde aetate major erat et, cum Socrates capitis damnaretur, clarus erat, non obscurus<sup>4)</sup>. Sed fieri sane potest, ut qui Socratem accusavit filius fuerit Meleti tragici. Quod ideo est verisimile, quia in accusationis libello, quem Phavorinus etiam sua aetate in metroo publico Atheniensium tabulario servatum invenit, appellatus est *Μέλητος Μελήτου Πιθεύς*<sup>5)</sup>.

Fuerunt quoque, qui Meletum Socratis adversarium eundem esse putarent atque Meletum illum, qui anno CCCCXV. cum Alcibiade et Niciade mysteria evulgavisset, anno CCCCIV. a triginta viris Salamina missus Leontem quendam ad supplicium adduxisset, anno CCCC. Andocidem impietatis reum<sup>6)</sup> apud populum fecisset<sup>7)</sup>. Sed primum hunc Meletum apparet non dici potuisse admodum adolescentem, quo tempore Socrates accusatus sit, deinde Socratem, si adversarius ejus inter eos fuisset, qui Leontem Athenis arcessiverunt, verisimile est, ubi se ipsum hoc ministerium recusasse narrat<sup>8)</sup>, eum commemorasse, denique Anytus, quem alter Meletus in Socrate accusando socium habebat, in Andocidis causa huic potius contra Meletum patrocinatus est<sup>9)</sup>.

Anytus filius Athemionis<sup>10)</sup> artem coriariam fecisse traditur<sup>11)</sup>. Pater ejus propter modestiam et comitatem

1) ad apol. 18B *Μέλητος δὲ τραγωδίας φανῶλος ποιητής Θραξ γένος ὡς Ἀριστοφάνης βατραχίαις, Πελαργοῖς Λαῖον υἱὸν αὐτὸν λέγων, ἐπεὶ ὡς ἔπει οἱ Πελαργοὶ ἐδιδάσκοντο καὶ ὁ Μέλητος Οἰδιπόδειαν ἔδθηκεν, ὡς Ἀριστοτέλης διδασκαλίαις ἐν δὲ γεωργοῖς ὡς Καλλιαν περαινόντος αὐτοῦ μέμνηται. μέμνηται αὐτοῦ καὶ Ἀνσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογία.* 2) ad ran. 1302 προείρηται ὅτι τραγικὸς ποιητὴς ὁ Μέλητος· οὗτος δὲ ἐστὶν ὁ Σωκράτην γραψάμενος. κωμωδεῖται δὲ καὶ ὡς ψυχρὸς ἐν τῇ ποιήσει καὶ ὡς πονηρὸς τὸν τρόπον.

3) l. l. p. 5 sq. 4) C. F. Hermann. p. 6 sq. 5) Diog. La. II 40. Hermannus p. 9. 6) Zellerus, Phil. der Griech. II 1 p. 160 n. 6 accusatorem Socratis diversum esse putat ab Alcibiadis socio. 7) Andoc. de myster. 12 35 63 94. 8) apol. 32C. 9) Hermannus p. 4 sq. 10) Men. 90A. 11) schol. ad apol. 18B οὗτος ὁ Ἄνυτος Ἀνθεμίωνος ἦν υἱὸς Ἀθηναῖος γένος Ἀλκιβιάδου ἑραστὴς πλούσιος ἐκ βυρσοδεψικῆς, ὅθεν καὶ σκωπτόμενος

ideo a Platone videtur laudatus esse, ut filii notaretur insolentia et superbia, qui hoc nomine ab illius virtutibus maxime degeneravisset<sup>1)</sup>. Ut Atheniensium tum erant opiniones, bene educatus erat, itaque summos magistratus obtinuit<sup>2)</sup>. Nihilominus non magnam fuisse ejus sapientiam satis cognoscitur ex illo sermone, quem Plato eum in Menone cum Socrate habuisse finxit. Facile igitur fieri potuit, ut odium in Socratem haberet, quod hic de virorum civilium laudibus detrahere videbatur<sup>3)</sup>. Atque revera Plato<sup>4)</sup> Anytum non ita obscure minantem facit, se oblata opportunitate injuriam rei publicae rectoribus illatam ulturum esse.

Praeterea Anyti arrogantia, qua homo communis eruditionis satis sibi sapere videbatur, etiam inde cognoscitur, quod, etsi sophistas se ipse ignorare confiteatur, tamen eorum odio se ardere dicit<sup>5)</sup>. Talem virum non mirum est non operam dedisse, ut filius ad politioem humanitatem informaretur. Quamobrem credibile est eum a Socrate esse reprehensum<sup>6)</sup> atque idcirco majus in eum odium concepisse. Eodem referendum esse videtur, quod Plato in apologia ipsa<sup>7)</sup> commemorat ab Anyto Socratem accusatum esse, quod sua doctrina adolescentes corrumperet.

Haec si ita sunt, perspicere sane possumus, quo jure Plato<sup>8)</sup> dicat Anytum in crimen vocasse Socratem, quod opifices et viros civiles vindicare voluisset.

Anytum, cum accusationem instituisset, positus quibusdam condicionibus in gratiam cum Socrate redire voluisse Libanius tradit<sup>9)</sup>. Sed fidem haec narratio habet nullam. Nam in causis publicis accusatori re ad magistratus jam delata cum adversario de lite componenda

ὑπὸ Σωκράτους διὰ τοῦτο — ἐπεισε μισθῶ Μέλητον ἀσεβείας γραφὴν δοῦναι κατὰ Σωκράτους. μέμνηται Ἀνσίας ἐν Σωκράτους ἀπολογία καὶ Ξενοφῶν ὁμοίως (apol. 29—31) καὶ Ἀριστοξένος ἐν τῷ Σωκράτους βίῳ — Θεόπομπος δὲ Στρατιώτισιν Ἐμβάδαυ αὐτὸν εἶπε παρὰ τὰς ἑμβάδαυ, ἐπεὶ καὶ Ἀρχιππος Ἰχθύσιν εἰς σκντία αὐτὸν σκῶπτει.

1) Cf. Stallbaumius ad Men. 90A. 2) Men. 90AB. 3) Men. 93D sq. Diog. La. II 38 οὗτος γὰρ (sc. Ἄνυτος) οὐ φέρων τὸν ὑπὸ Σωκράτους χλευασμὸν. 4) Men. 94E. 5) Men. 92AB.

6) Xen. apol. 29 λέγεται δὲ καὶ Ἄνυτον παριόντα ἰδὼν εἰπεῖν· ἀλλ' ὁ μὲν ἀνὴρ ὄδε κνδρός, ὡς μέγα τι καὶ καλὸν διαπεπραγμένος, εἰ ἀπέκτονέ με, ὅτι αὐτὸν τῶν μεγίστων ὑπὸ τῆς πόλεως ὀρίων ἀξιούμενον οὐκ ἔφηνη χεῖναι τὸν υἱὸν περὶ βυρσας παιδεύειν.

7) p. 29C. 8) apol. 23E. 9) I p. 644.



agere non amplius licuit<sup>1)</sup>. Facile tamen est ad coniciendum, unde orta sit haec fabella. Legitur enim in Platonis apologia<sup>2)</sup>: *Ἀνὺτῳ ἀπιστήσαντες, ὃς ἔφη ἢ τὴν ἀρχὴν οὐ δεῖν ἐμὲ δεῦρο εἰσελθεῖν ἢ, ἐπειδὴ εἰσῆλθον, οὐχ οἷόν τε εἶναι τὸ μὴ ἀποκτεῖναι με.* Sed Anytus si revera sibi reconciliare voluisset Socratis animum, certe non publice dixisset impediri potuisse, quominus illa causa ad iudicium deferretur.

Lycō quis fuerit, parum constat. Ex apologia ipsa<sup>3)</sup> cognoscimus in Socratis iudicio eum pro oratoribus causam egisse. Quare verisimile est causidicum quendam eum fuisse eaque arte auctoritatem quendam inter cives suos nactum esse<sup>4)</sup>. Nam in Socratis lite non exiguas fuisse ejus partes, inde probabiliter concludas, quod ejus et Anyti gratia Socrates factum esse dicit, ut damnaretur<sup>5)</sup>. Plura sane affert scholiasta Platonius<sup>6)</sup>. Sed ut in Meleto tres homines inter se confudit, ita etiam in Lycone omnia miscuisse videtur Cobeto<sup>7)</sup> et C. F. Hermanno<sup>8)</sup>.

E Socratis adversariis accusationem videtur instruxisse Meletus<sup>9)</sup>. Quare plerumque solus vocatur Socratis accusator<sup>10)</sup> atque tota fere Socratis defensio in eo refutando versatur. Meleti *συνήγοροι* sive *σύννοικοι* erant Anytus et Lyco. Ex his apud populum gratia plurimum potuisse Anytum Socrates ipse declarat; accusatores enim suos appellat *τοὺς ἀμφὶ Ἄνυτον*<sup>11)</sup>. Non nullis tamen locis<sup>12)</sup> ejus nomen conjunctum invenitur cum Meleti.

Cum iis, quae e Platonis libris de causa Socratica cognosci possunt, maxima ex parte discrepant, quae ab aliis scriptoribus de muneribus, quibus singuli accusatores hac in re functi sunt, memoriae traduntur. Atque Diogenes quidem Laertius<sup>13)</sup> haec narrat: *ἀπηνέγκατο μὲν*

1) Hudtwalcker, über die Diaeteten in Athen p. 159 sq., Meier u. Schoemann, Att. Process. p. 702. Cf. Stallbaumius ad Crit. 45 E.  
2) p. 29 BC. 3) p. 24 A. 4) Stallbaumius ad apol. 23 E.  
5) ap. 36 A. 6) ad ap. 23 E. Ἄνυτος μὲν καὶ Μέλητος εἰρηνοῦται τίνες, ὅτι ὁ μὲν πλούσιος ἐν συντοδεψικῆς, Μέλητος δὲ τραγωδιοποιὸς φαῦλος. Ἀνύτων μὲντοι πατὴρ ἦν Ἀντολύκων Ἴων γένος δήμων Θεορίσιος πένης, ὡς Κρατίνος Πυτίνῃ Ἀριστοφάνης Σφηξίν (v. 1301). Εὐπόλις δ' ἐν Φίλοις καὶ ἐπὶ τῇ γυναικὶ Ῥοδίᾳ κωμῶδει αὐτόν, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ Ἀντολύκῳ εἰς ξένον, Μεταγένης δ' Ὀμήρω εἰς προδοτήν. — καὶ Ἀνύτων ἐνταῦθα πον — προδοτὸς Ναύπακτον ἀργύριον λαβὼν ἀγορὰς ἀγαλμα ξενικὸν ἐμπορεύεται. 7) prosogr. Xenoph. p. 56. 8) p. 12 sq. 9) Diog. La. II 40 τάδε ἐγράφατο καὶ ἀντιώσατο Μέλητος Μελήτων Πιτθεύς. 10) ap. 19 BC 26 B Euthyphr. 2 B Theaet. 210 D. 11) ap. 18 B. Cf. p. 29 C 36 A. 12) ap. 25 B 28 A 30 C. 13) II 38.

οὐν τὴν γραφὴν ὁ Μέλητος, εἶπε δὲ τὴν δίκην Πολύενκτος, ὡς φησὶ Φαβωρίνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ: *συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης ὁ σοφιστής, ὡς φησὶ Ἐρμιππος, ἢ Ἄνυτος, ὡς τινες προητοίμασε δὲ πάντα Ἀνύτων ὁ δημαγωγός.* Cum Platone igitur Diogenes consentit Meletum dicens causam instruxisse, praeparasse omnia Lyconem. Cetera obscura sunt et impedita. Has difficultates ut tolleret, Hermannus<sup>1)</sup> legendum censuit: *εἶπε δὲ τὴν δίκην Ἄνυτος, ὡς φησὶ Φαβωρίνος — συνέγραψε δὲ τὸν λόγον Πολυκράτης ὁ σοφιστής, ὡς φησὶ Ἐρμιππος, ἢ Πολύενκτος, ὡς τινες.* Atque haec conjectura verisimilis visa est Zellero<sup>2)</sup>. Anyti sane orationem composuisse dicitur Polycrates rhetor<sup>3)</sup>. Sed quamquam ab eo accusationem in Socratem scriptam esse satis constat<sup>4)</sup>, manifesto tamen id post Socratis demum obitum factum esse apparet<sup>5)</sup>. Multo minus autem, quam Diogeni Laertio Maximi Tyrii<sup>6)</sup> testimonio tribuendum esse docuit C. F. Hermannus<sup>7)</sup>.

Athenienses tanto in Socratis accusatores odio incensos fuisse, ut eos capitis damnarent, multorum sane firmatur testimoniis. Sed magis illi scriptores quod optimi cujusque sensibus responderet significasse videntur, quam tradidisse, quod revera factum est. Primum enim Atheniensium civitas si Socratis damnatione maximopere percussa fuisset, cur per magnum illud tempus, quod inter iudicium factum et supplicium erat, nihil fecit ad eum liberandum? Deinde quinam sunt illi testes, qui poenituisse Athenienses illius necis perhibent? Xenophon hac de re tacet. Plato autem quod in Critone<sup>8)</sup> dicit: *μὴ ὡς ἀληθῶς ταῦτα, ὧ Κρίτων, σκέμματα ἢ τῶν ῥαδίως ἀποκτινύντων καὶ ἀναβιωσκομένων γ' ἄν, εἰ οἷοί τ' ἦσαν, οὐδενὶ ξὺν τῷ τούτων τῶν πολλῶν,* indignabundus videtur dixisse summam notans Atheniensium levitatem. Deinde

1) p. 14. 2) Philos. d. Griech. II 1 p. 161. 3) Themist. or. XXIII p. 296 Quintil. II 17 4 Aeschin. Soer. ep. XIV Suidas s. v. Πολυκράτης. 4) Isocr. Bus. 5; Aelian. var. hist. XI 10.  
5) Zellerus, Phil. d. Gr. I. l. Aliter C. F. Hermannus p. 15, Geschichte u. System d. Plat. Phil. p. 629. 6) diss. IX 2 Σακράτην ταῦτον Μέλητος μὲν ἐγράφατο, Ἄνυτος δὲ εἰσῆγαγε, Ἀνύτων δὲ ἐδίωκε, κατεδίωσαν δὲ Ἀθηναῖοι, ἔδησαν δὲ οἱ ἑνδεκα, ἀπέκτεινε δὲ ὁ ὑπηρέτης καὶ Μελήτου γραφομένου ὑπερέσρα καὶ Ἄνυτον εἰσάγοντος κατεφρόνει καὶ Ἀνύτωνος λέγοντος κατεγέλα κ. τ. λ.  
7) p. 13—14. 8) p. 48 C. Cf. Jacobs ad h. l. Ullrich, Anmerk. zu den Plat. Gesp. Meno Krit. Alk. p. 45.

Isocrates<sup>1)</sup> rem tecte significasse dicitur. Sed eadem profecto ejus est obscuritas atque Platonis. Non satis enim perspicitur, quo jure ad Socratem referantur, quae sive omnino de plebis inconstantia sive de ducibus apud Arginussas victoribus dicta esse possunt. Testes igitur amplissimi tacent atque eo magis mirum eorum est silentium, quo minus cognosci potest, cur hanc rem plerisque gratissimam silentio obruerint.

Qua igitur aetate exstiterunt, qui Athenienses Socratis damnationem ultos esse narrent? Nempe aliquot saeculis post Socratem mortuum. Eorum enim primus Diodorus Siculus videtur fuisse. Neque illi eorum, quae narrant, testes afferunt, quibus tribuenda sit fides. Quid quod ea ipsa, quae tradunt, ab aliis aliter memoriae traduntur. Alii<sup>2)</sup> enim accusatores vel indicta causa interfectos esse volunt, alii<sup>3)</sup> in exilium missos esse, alii<sup>4)</sup> tantopere a civibus contemptos esse, ut mortem sibi ipsi consciscerent. Quae cum ita sint, non multum iis videtur tribuendum esse, qui Socratis necem a civibus ultam esse narrent<sup>5)</sup>.

His Socratis accusatoribus liceat addere Aristophanem comicum, non quasi cum iis societatem inisset<sup>6)</sup>, sed quod Socrates ipse eum dicit fuisse inter eos, qui falsa de se vulgo tradiderint<sup>7)</sup>. Quod imprimis factum esse in nubibus inter omnes constat, in comoedia illa, quae circiter quattuor et viginti annis ante Socratis obitum acta erat. In hac fabula Aristophanes Socratem describit talem, qualis a vulgo habitus est; obicit enim ei eadem fere, propter quae in apologia<sup>8)</sup> a plerisque correptus esse dicitur. Aristophanes quoque eum perscrutari putavit res absconditas, negare deos esse, quos esse civitas credebat, causam inferiorem reddere superiorem, ita ut simillimus videretur esse sophistis doctoribus illis perniciosissimis<sup>9)</sup>.

1) de permut. 19 οἶμαι δ' ὑμᾶς οὐκ ἀγνοεῖν, ὅτι τῇ πόλει πολλὰ κίς οὐτως ἤδη μετεμέλησε τῶν κρίσεων τῶν μετ' ὀργῆς καὶ μὴ μετ' ἐλέγχου γενομένων, ὥστ' οὐ πολὺν χρόνον διαλιποῦσα παρὰ μὲν τῶν ἑξαπατησάντων δίκην λαβεῖν ἐπεθύμησε, τοὺς δὲ διαβληθέντας ἠδέως ἂν εἶδεν ἄμεινον ἢ πρότερον πραττόντας. Cf. Zeller, Phil. d. Griech. II 1 p. 168 n. 2. 2) Diod. Sic. XIV 37. Suidas s. v. Μέλιτος. Anytum ab Heracleotis lapidibus injectis necatum esse memorat Themist. or. XX p. 239. Augustin. de civ. dei VIII 3.

3) Diog. Laert. II 43. 4) Plut. de invid. et odio. c. 6 p. 538. 5) Hanc sententiam defendit Hermannus p. 8—9. Aliter sensit Forchhammer, Die Athener und Sokrates p. 66. 6) Zellerus l. l. p. 169. 172, 2. 7) apol. 19 C. 8) p. 18 BC. 9) Zellerus l. l. p. 179—81.

## VI. Quo tempore Socratis apologia scripta sit.

Non verisimile esse Schleiermacherus<sup>1)</sup> docuit Platonis apologiam Socratis ante ejus causam actam scriptam esse et editam.

Plurimis<sup>2)</sup> videtur illa defensio non ita multo post Socratis obitum orta esse. Et profecto quae melior occasio hujus orationis scribendae reperiri potest, quam illud tempus, quo recens Platonis dolor erat ex magistri morte acceptus recensque indignatio, quam illa injuria exciterat? Quando magis necessarium erat civium de Socrate opiniones corrigere, quam eo tempore, quo mortuus est? Sapientis autem illius virtus si ita in luce clarissima collocatur, ut imago ejus et se defendentis et capite damnati depingatur, verisimiliter colligere licet, eum librum, quo ea continetur, etiam circa illa tempora scriptis mandatum esse.

Huc accedit, quod omnia, quae in apologia exponuntur, doctrinae Socraticae respondent, quod omnia, quae Plato eum facit pro se orantem, jure ei tribui potuerunt<sup>3)</sup>. Hanc rationem posterioribus temporibus Plato non secutus est, quandoquidem iis Socratem finxit virum sapientissimum suam ipsius philosophiam explicantem. Deinde cui credibile est Platonem jam aetate provectum Socratem dubitanter loquentem fecisse de animi immortalitate, philosophiam omnino non attigisse<sup>4)</sup>?

Munkius<sup>5)</sup> tamen Socratis apologiam una cum Critone et Phaedone referendam esse putat inter ultima Platonis scripta.

## VII. Num jure Platoni Socratis apologia adscribatur.

Chr. G. Koenig, Socratis apologiam non satis idoneis de causis Platoni fuisse abjudicatam. Misena. 1822. Repetitus est hic libellus in: Koenigi opuscula Latina. Ed. Oertel. Misena. 1833. p. 292—312.

Fridericus Astius<sup>6)</sup> vir ceteroquin de studiis Platonis optime meritis praejudicata quadam opinione ductus

1) p. 182 sq. 2) Cf. Schleiermacherus p. 182 sq. Hermannus p. 470 sq. Stallbaumius p. 41 sq. Zellerus, Phil. d. Griech. II 1 p. 451 n. 2. 3) cf. prol. p. 12. 4) Zellerus l. l. p. 448 sq. 5) p. 465—71. 6) Beckii comment. societ. philol. Lips. IV 1 p. 27 sq., Plat. Leben und Schriften p. 474 sq.

Socratis apologiam et Platonis ingenio et Socratis persona non dignam habuit. Sed propter hoc iudicium acriter impugnatus est. Defenderunt enim apologiae fidem Schleiermacherus Socherus Thierschius<sup>1)</sup> Koenigius alii. Ab his viris non dubium est quin effectum sit, ut Astii dubitationes prorsus sublatae esse videantur. Quid quod ne Schaarschmidtus quidem, quo nemo plures libros Platonicos subditicios habuit, apologiam non prorsus abjudicandam esse duxit a Platone. Et revera licet illa defensio inter cetera Platonis scripta singularem locum teneat, licet propter mores ejus viri, cujus defendendi causa scripta est, multum differat ab aliis orationibus ejusdem generis, tamen quisque idem iudicium faciet quod Schleiermacherus<sup>2)</sup>, qui dicendi genus, quod in Socratis apologia reperitur, satis ostendere existimavit eam a nullo alio scriptam esse posse nisi a Platone.

Jam antiquitus autem Socratis apologiam habitam esse Platonis librum satis cognoscitur ex iis locis, quibus addito Platonis nomine laudatur. Haec scriptorum testimonia Dionysii Halicarnassensis Themistii Procli Diogenis Laertii Origenis Aristidis aliorum congescit Fischerus<sup>3)</sup>.

Aristoteli apologia jam nota erat. Bis enim ea respexit, quae p. 27B sq. leguntur: rhetor. II 23 p. 1398a 15 ἄλλος (ἐλεγχος) ἐξ ὁρισμοῦ, οἷον ὅτι τὸ δαιμόνιον οὐδὲν ἐστὶν ἄλλ' ἢ θεὸς ἢ θεοῦ ἔργον. καίτοι ὅστις οἰεῖται θεοῦ ἔργον εἶναι, τοῦτον ἀνάγκη οἰεσθαι καὶ θεοῦ εἶναι, ib. III 18 p. 1419a 7 πυθόμενον γὰρ δεῖ τὴν μίαν πρότασιν μὴ προσερατῆν τὸ φανερόν ἀλλὰ τὸ συμπέρασμα εἰπεῖν, οἷον Σωκράτης Μελήτου οὐ φάσκοντος αὐτὸν θεοῦ νομίζειν εἰρηκεν, εἰ δαιμόνιον τι λέγοι, ὁμολογήσαντος δὲ ἤρετο, εἰ οὐχ οἱ δαίμονες ἦτοι θεῶν παῖδες εἶεν ἢ θεῖόν τι, φησαντος δὲ ἔστιν οὐκ, ἔφη, ὅστις θεῶν μὲν παῖδας οἰεῖται εἶναι, θεοῦ δὲ οὐ;

Isocratatis exstat oratio de permutatione, in qua apologiam Platoniam sibi imitandam proposuit. Ea enim non tam trierarchiam, quae ei subeunda erat, a se studuit amoliri, quam crimina a Lysimacho adversario sibi intentata ita refutare, ut omnis vitae superioris rationem redderet suamque iudicibus integritatem probaret<sup>4)</sup>.

1) Jahrb. der Literatur. Wien. 1818. III p. 70—92. 2) p. 186.

3) Plat. Euth. apol. Crit. Phaed. p. 66. 4) Koenig l. l. p. 17—18.

### VIII. De apologiae emendandae et explicandae praesidiis.

Platonis dialogi. Ex recensione J. Bekkeri. part. I. vol. I. p. VII—XIV. Comment. crit. I. p. V—X.

Platonis quae supersunt opera. Textum ad fidem cod. Flor. Paris. Vind. al. recognovit G. Stallbaum. tom. XII. Lipsiae. Weigel. 1825. p. III—X.

Martinus Schanz, novae commentationes Platonicae. Wirceburgi. 1871.

Martin Schanz, Studien zur Geschichte des platonischen Textes. Würzburg. 1874.

Albrecht Jordan, de codicum Platoniorum auctoritate. Annal. philolog. suppl. VII. 1874. p. 609—40<sup>1)</sup>.

Martin Wohlrab, Ueber die neueste Behandlung des Platon-textes. Fleckeisens Jahrb. f. Philol. 1876. p. 117—30.

Codices plures quam triginta magis minusve diligenter collati sunt, in quibus apologia Socratis invenitur.

A Thoma Gaisfordio<sup>2)</sup> James Riddellio Martino Schanzio<sup>3)</sup> collatus est

Α codex Bodlejanus membranaceus anno DCCCXCVI. scriptus a Schanzio<sup>4)</sup> diligenter enarratus. Quas lectiones Gaisfordius solus notavit, significavi Α<sup>g</sup>, quas Schanzius solus, a quo liber dictus est B, Β<sup>g</sup>.

Ab Immanuele Bekkero<sup>5)</sup> Jacobo Bastio<sup>6)</sup> Martino Schanzio comparatus est

Π codex Venetus n. 185 membranaceus saeculi circiter XII a Stallbaumio Ven. b a Schanzio D dictus. In hoc libro quae a p. 35D τε γάρ, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι usque ad p. 38C ἄνδρα σοφόν φη || σουσι leguntur, manu recentiori scripta esse docet Schanzius<sup>7)</sup>.

A Bekkero et Schanzio comparatus est

Ξ codex Venetus n. 184 membranaceus Schanzio E dictus<sup>8)</sup>.

Et Bekkeri et Bastii opera collati sunt hi libri tres

1) Idem de Platonis operum a Schanzio editorum vol. I iudicium fecit in Fleckeisens annal. 1876. p. 769—83. 2) Lectiones Platonicae. Oxonii. 1830. p. 5—10. 3) Platonis opera. Ad codices denuo collatos ed. M. Schanz. vol. I. Lipsiae. 1875. 4) nov. com. p. 105 sq. 5) Librorum sedecim a Bekkero collatorum scripturae leguntur in ejus commentariis criticis I p. 123—37.

6) Bastii de Furiae Rudolphi Creuzeri collationes G. Stallbaumius in editione Platonis Weigeliana tom. IX p. 33—86 cum viris doctis communicavit. 7) Stud. p. 5. 8) Stud. p. 4. Jordan, Hermes XII p. 170 sq.

T codex Vindobonensis 31 (Nessel. philos. et philol. XXI) membranaceus a Stallbaumio Vind. 2 dictus

Φ codex Vindobonensis 32 (Nessel. philos. et philol. CIX) chartaceus Vind. 6 Stallbaumii<sup>1)</sup>

B codex Parisiensis 1808 bombycinus a Stallbaumio Par. nominatus saeculi XIII<sup>2)</sup>.

In his libris si quam lectionem Bastius solus commemorat, addito <sup>a</sup> (II<sup>a</sup>), si Bekkerus solus, addito <sup>e</sup> (II<sup>e</sup>), si Schanzius solus, addito <sup>s</sup> (II<sup>s</sup>) significavi.

A Francisco de Furia et Davide Peipersio collatus est

b codex bibliothecae Laurentianae plut. 85, 6 membranaceus saeculi XII<sup>3)</sup>.

Ab Immanuele Bekkero collati sunt hi libri

Γ codex Coislinianus 155 bombycinus bibliothecae imperialis Parisiensis

A codex Venetus 8 membranaceus saeculi XIII<sup>4)</sup>

C " Parisiensis 1809 membranaceus<sup>5)</sup>

D " " 1810 bombycinus<sup>6)</sup>

E " " 1811 chartaceus

H " " 1814 "

S " " 2010 "

T " " 2011 "

g " Ricardianus 65 membranaceus<sup>7)</sup>

u " Angelicus C 1, 4 bombycinus<sup>8)</sup>.

A Bastio comparati sunt hi libri

Δ codex Vaticanus n. 225 membranaceus saeculi circiter XII<sup>9)</sup>

Σ codex Venetus n. 189 a Stallbaumio Ven. a dictus<sup>10)</sup>

1 " Vindobonensis n. 54<sup>11)</sup>

3 " " n. 80

4 " " n. 89<sup>12)</sup>

5 " " n. 116.

1) Cf. Schneideri praef. ad civ. I p. XVII sq. 2) Schanz, Hermes XI p. 104—9. 3) Schanz, Stud. p. 8. Jordan, Fleck-eisens Jahrb. 1876 p. 783. 4) Schanz, Hermes X p. 175 sq.

5) Schanz, Stud. p. 2, Hermes XI p. 109 sq. 6) Cf. Schneider. praef. ad. civ. I p. XXXI—II. Schanz, Hermes XI p. 112.

7) Bekkerus ipse scribit g. Sed g a Bekkero liber Parisiensis 2900 membranaceus dictus est, qui locos ex epistula secunda excerptos duos continet (ind. cod. p. X in Plat. dialog. I 1). Quare rectissime Stallbaumius p. 45 errasse Bekkerum dicit; voluisse enim eum significare g librum Ricardianum, in quo apologia legitur. Bekkeri com. crit. I p. VII. 8) Schanz, Stud. 7, Hermes X p. 172 sq.

9) Ibid. p. 2 sq. 49 sq. 10) Jordan, Hermes XII p. 170 sq.

11) Bast, Krit. Versuch über den Text des Gastm. p. XIII—XVIII. Schneideri praef. ad civ. I p. XVI sq. 12) Schneider l. l. p. XVII.

A Francisco de Furia libri Florentini comparati sunt a codex bibliothecae Laurentianae plut. 59, 1 bombycinus<sup>1)</sup> Bekkero 3 dictus

c codex bibliothecae Laurentianae plut. 85, 9 membranaceus<sup>1)</sup> Bekkero c dictus

d codex bibliothecae Laurentianae plut. 85, 17 saeculi XIV

e codex bibliothecae Laurentianae plut. 87, 17 saeculi XIV

g codex abbatiae Florentinae n. 2643

h " " " n. 2759

i " " " n. 2795.

A Martino Schanzio collatus est

r codex Vaticanus n. 1029 a Schanzio F vocatus<sup>2)</sup>.

Ab Albrechto Jordano comparatus est

t codex Venetus append. class. IV 1 membranaceus saeculi XII<sup>3)</sup>.

A. F. W. Rudolphus contulit

Z<sup>r</sup> librum Zittaviensem<sup>4)</sup>.

Fridericus Creuzerus comparavit

P<sup>c</sup> librum Palatinum n. 129<sup>5)</sup>.

<sup>1)</sup> signis librorum additum primam vel alteram manum,

<sup>m</sup> " " " marginem significat.

Codicis instar est Ficini interpretatio Latina. Ex ea, quae notatu digna videbantur, sic excerpti, quemadmodum in Bekkeri editione leguntur.

Eorum librorum, qui ad apologiam collati sunt, facile duo discernuntur genera. Alterum idque praestantius constat ex his libris ΑΔΠΦr14DSTdgh, alterum idque deterius ex reliquis omnibus. Illud liceat vocare familiam a, hoc familiam b, ita tamen, ut neque omnibus locis, quibus in a scripturam quandam esse significabimus, omnes libri illius familiae eam habeant, nec vero non nunquam alterius familiae hic et ille liber ad eos accedat. Neque ubi b ponemus, omnes ejus familiae libri intellegendi erunt, sed plurimi. Hac enim in re et librorum multitudo et conferentium minor diligentia quaedam impedit, quominus omnia accuratissime possint significari.

Nullus exstat locus, quo omnes libri familiae b eandem lectionem habeant soli. Sed aliquot sane loci possunt

1) Schanz, Stud. p. 8, Hermes X p. 173 sq. 2) Schanz, Stud. p. 8. 3) Schneider. praef. ad civ. I p. XXXI. 4) Beckii comment. societ. philol. Lipsiens. III 1 p. 120 sq. 5) meletem, I p. 98 sq.

afferri, quibus eorum plurimi inter se congruunt. Omittunt enim p. 29E ΣΤ5 BCEHguabceiZ<sup>r</sup> *αὐτόν*, p. 33B ΛΣBCHguabceiZ<sup>r</sup>Ξ<sup>1</sup> *καὶ* post *ὁμοίως*, p. 33D ΓΑΤ3 BCEHgtuabceiZ<sup>r</sup> *καὶ* *τιμωρεῖσθαι*, p. 38C ΓΑΞΣΤΡΕΗ uet<sup>1</sup>b<sup>1p</sup>B<sup>1e</sup> *δὴ* post *ὁρᾶτε γάρ*. P. 40C ΓΞΣΤ35 BCtuacZ<sup>r</sup> habent *τεθνεῖατα*, p. 40E ΓΑΞΣΤ35 BCEHtuabceiZ<sup>r</sup> *τεθνεῖατας*, p. 24A ΓΑΞΤ<sup>o</sup>BCHuabceiZ<sup>r</sup> *τάληθῆ*, p. 33E ΓΑΞΣΤ3 CEHtuabceiB<sup>1d</sup>2 *θεοσδοτίδου*, p. 24E ΓΑΞΣΤ35 EHubeiB<sup>1e</sup> *ἂν πάντες* pro *ἅπαντες*, p. 30A ΓΑΞΣΤ35gtubeZ<sup>r</sup> *ποιήσεται* pro *ποιεῖται*, p. 32A ΓΑΞ3 E HtubeiΓ<sup>1e</sup>(Γ<sup>a</sup>)B<sup>1e</sup> *ἅμα καὶ* pro *ἅμα καὶ ἅμ' ἂν*, p. 38A ΓΤ345 BCEHgtubceiZ<sup>r</sup>A<sup>1</sup> *τὰντα* pro *τ' αὖ*, p. 41B ΓΑΞΣΤ5 B<sup>a</sup>CEHtu *ἀηδῆς* pro *ἀηδῆς*, p. 38C ΓΑBCE gtub<sup>p</sup> add. *ἐμὲ τεθνήνααι*.

Libros Γ<sup>1</sup>) Σ<sup>2</sup>) Υ<sup>3</sup>) familiae *b* esse etiam Schanzius pervidit. De aliorum codicum deteriorum necessitudinibus haec docet, cognatos esse *Ab*<sup>4</sup>), ortum esse *H ex u*<sup>5</sup>), *a ex e*<sup>6</sup>), *C ex B*<sup>7</sup>), *g ex u*<sup>8</sup>). Librum *t* autem una cum Jordano<sup>9</sup>) principem vult esse familiae *b*<sup>10</sup>).

Hos libros deteriores Bekkerus secutus scripsit p. 24A *τάληθῆ*, p. 33E *θεοσδοτίδου*, delevit p. 33D *καὶ τιμωρεῖσθαι*. Sed jure Turicenses restituerunt, quae in fam. *a* sunt, p. 24A *ἀληθῆ* et p. 33E *θεοσοτίδου*. *θεοσοτίδου* legitur in Φ<sup>e</sup>r, in ΑΠΦ<sup>a</sup>1 DSTgh *θεοσοτίδου*, in vulgata *ζωτίδου*, quod etiam in margine BCac invenitur. *g* habet *θεοσιτίδου*. Nomen autem *θεοσοτίδου* etiam Demostheni XXI 59 e Σ redditum est et *θεόσοτος* in corp. inscript. Gr. IV p. 197 n. 8211 invenitur.

Quinque sunt loci, quibus Bekkerus libros quosdam familiae *b* secutus est, sed qui post eum Platonem ediderunt, ab eo discrepant. P. 19E add. *δέ* (*ἰππίας δὲ ὁ*) cum Γ, p. 22C *αὐτῶν* cum Hgtu, p. 37D *πόλιν* cum g, p. 32D om. *ἦν* cum E, p. 27C scripsit *ἐμὲ* pro *με* cum ΑΕΗb.

Uno loco Bekkerus ex Γ3b<sup>cor. p</sup> restituit, quod omnibus placuit. Scripsit enim p. 36D *εἰ δεῖ γε — τιμᾶσθαι* loco vulgatae *εἰ δὴ γε — τιμᾶσθε*. In optimis autem libris est scriptura, quae verae valde similis est. Invenitur enim in ΑΔΦr1 Π<sup>ro</sup> *εἰ δὲ γε* idemque superscripto *εἶγε*

1) Philolog. XXXV p. 662. 2) ib. p. 656. 3) ib. 661.

4) Hermes X p. 114. 5) Stud. p. 86, Hermes X p. 172.

6) Stud. p. 66, Hermes X p. 173. 7) Hermes XI p. 109, Philol. XXXV p. 655. 8) Philol. l. l. p. 669. 9) Fleckeisens Jahrb. 1876 p. 773. 10) Philol. l. l. p. 669.

in S. ΞZ<sup>r</sup> habent *εἰ δὴγγ*. In *t* legitur *εἰ δεῖ γε*, ita ut acutus a prima manu, *εἰ* a recenti manu positum sit.

P. 41B *ἀηδῆς* Madvigius<sup>1</sup>) praeferendum censuit vulgatae *ἀηδῆς*.

C. F. Hermannus p. 23E *ξυντεταμένως* scripsit, quod est in ΞΤ5Z<sup>r</sup>. In Σ legitur *ξυντεταμμένως*.

Uno igitur duobusve locis correctae est editio vulgata i. e. Stephaniana ope librorum deteriorum. Quam si quis comparabit cum editione nostra — quamquam nobis non ita multa relicta erant corrigenda —, pluribus locis quam ducentis inveniet eam mutatam esse. Ex hac re satis cognoscitur vulgatam cum familia *b* ita consentire, ut ejus auctoritas eadem sit atque libri deterioris. Confirmatur hoc judicium eo, quod, ubi vulgata ab omnibus fere aliis libris differt, socios plerumque habet unum et alterum codicem familiae *b*, nullum fideliorum, quam E, aliquoties etiam ΞΑΤΣ, duobus locis Φ, uno 4.

Vulgatae igitur emendationes maximam partem debentur familiae *a*, quamquam locorum corruptorum tertia fere pars etiam e plerisque libris familiae *b* corrigi potest atque reliquis quoque duabus partibus non nulli libri deteriores, sed alii aliis locis, cum praestantioribus congruunt. Ji autem codices, quibus constat familia *a*<sup>2</sup>), cognoscuntur his locis, quibus omnes eadem habent et praeter eos nullus. ΑΔΠΦr14 DSTdgh igitur omittunt p. 23C *τῶν*, p. 26E *μέν*, p. 27D *εἶναι*, p. 28D *τήν*, p. 29B *τό*, p. 30B *ἦ, ἄνδρες, μέ*, p. 33A *δὴ*, p. 38B *που*, p. 38C *εἰς*, p. 38D *μή*, addunt p. 21A *δέ*, p. 30B *ἀφίετε*, p. 38A *ὄν*, p. 38D *τε*, transponunt verba p. 24A *ἀρχόμενος ἐγὼ* (pro *ἐγὼ ἀρχόμενος*), p. 31A *ὁ θεὸς ὑμῖν* (pro *ὕμῖν ὁ θεός*), p. 31B *ἀναισχύντως οὕτως* (pro *οὕτως ἀναισχύντως*), p. 34B *ἔχουσι λόγον* (pro *λόγον ἔχουσι*), p. 41C *ἐκεῖ διαλέγεσθαι* (pro *διαλέγεσθαι ἐκεῖ*), habent p. 21B et p. 27C *μόγισ* pro *μόλις*<sup>3</sup>), p. 24C *πολλοῦ* pro *πλείστου*, p. 25B *πάντες* pro *ἅπαντες*, p. 25D *νεωτέρους* pro *νέους*, contra p. 33C *νέων* pro *νεωτέρων*, p. 27A *ἐαυτῶ* pro *αὐτῶ*, p. 39D *ἐαυτὸν* pro *αὐτόν*, p. 40B *αὐτήν* pro *ταύτην*, p. 30D *οὗτος νυνὶ* pro *οὗτοσὶ νῦν*, p. 32B *ἐβούλεσθε* pro *ἐβουλεύσασθε*, p. 33B *τι* pro *ἦ*, p. 33C *εὐέλεγκτα* pro *εὐεξέλεγκτα*, *ἐγῶγε* pro *ἐγὼ*, p. 33D *ξυνέβη* pro *συνέβη*,

1) adv. crit. I p. 368. 2) Libros ΑΠΦ1DST in apologia familiam praestantiorum dicit Schanzius, Philol. XXXV p. 654.

3) Cf. proleg. mea ad Theaet. p. 41.

p. 35C ἄλλως τε μέντοι νῆ δια πάντως pro μάλιστα νῆ δια μέντοι, p. 38C οὖν pro γοῦν, p. 40A ποτε νοεὶ pro ποτ' ἐννοεὶ. Haec fere omnia, quae praebuit familia *a*, justo jure recipienda visa sunt viris doctis.

Familiae autem *a* iterum duae sunt partes, una (*a*<sup>1</sup>)  $\mathcal{A}ΠDSTh$ , altera (*a*<sup>2</sup>)  $\Delta\Phi r14dg$ .

Quo plus tribuerunt editores libro  $\mathcal{A}$ , eo magis et eum et libros ei cognatos existimaverunt sequendos esse. Itaque Turicenses cum *a*<sup>1</sup> p. 30B ὅτι uncis incluserunt — Schanzius id delevit —, p. 18C Schanzius ἀκούσαντες maluit legere, quam ἀκούοντες. Sed has lectiones editores, puto, non praetulissent, nisi praestantissimis libris obtemperandum duxissent; per se enim aliorum scripturas meliores esse quisque facile concesserit. Sed dubitationes de illius familiae praestantia oriuntur, si ceteras scripturas, quas habet sola, consideramus. Nempe omittit p. 33B πώποτε μάθημα μήτε ἐδίδαξα. εἰ δέ τις φησι παρ' ἐμοῦ, quae verba in  $\mathcal{A}ΠS$  postea addita sunt, habet p. 22E ἔξεως, in quod ἐξετάσεως facile potuit depravari, falso p. 40E πλείω, p. 42 πλήν εἰ. Recte tamen Bekkerus cum *a*<sup>1</sup> p. 18C addidit δ', p. 32A legit μου τὰ ἐμοί (*a*<sup>2</sup> μου τὰ, <sup>5</sup> μοι τὰ).

Libri autem  $\Delta\Phi r14dg$  (= *a*<sup>2</sup>) addunt p. 18D μή (εἰ μή τις). Iterum in duo genera possunt dividi, quorum alterum constat ex  $\Phi r1g$ , alterum ex  $\Delta d4$ .

Codices enim  $\Phi r1g$ <sup>1</sup> soli omittunt p. 19E τ', p. 26E ταύτην, p. 30B ἄν, p. 34D δῆ, transponunt verba p. 30A ἀστῶ καὶ ξένῳ (pro ξένῳ καὶ ἀστῶ), p. 26C γε οὐσπερ pro οὐσπερ γε, habent p. 20A γὰρ pro οὖν, p. 23A καὶ pro δέ, p. 30D ἐξαμαρτήσῃ τις pro τι ἐξαμαρτήσῃ, p. 31C τε pro τι.

Codices  $\Delta d4$  raro soli inter se consentiunt. Sequendos tamen eos duxerim p. 18D, ubi pro πάντες in iis est πάντων, quod jam Vigerus ad Euseb. praep. ev. IV 224 p. 20 not. et Astius legendum esse bene conjecerant. Et revera illud πάντες supervacaneum est, πάντων non item; dicendum enim est omnium, qui Socratem calumniati sint, eos esse difficillimum convincere, qui quod ipsis persuasum fuerit aliis persuadere conarentur. Minus probandum ἄλλω, quod p. 33C illi libri pro ἄλλῃ habent. Omnino autem 4 varie discrepat cum  $\Delta d$ , qui plurimis

1) Differentiam inter  $\Phi$  et  $\tau$  parvam esse jam docuit Schneider. praef. ad civ. I p. XVIII sq. Cf. Schanz, Phil. XXXV p. 647.

locis inter se congruunt<sup>1</sup>). Omittunt enim p. 34D οὖν, addunt p. 26E ὡς (δοκῶ ὡς οὐδένα), p. 33E τε ὁ (νικόστρατος τε ὁ θεοζοτίδου), p. 37E τὸ (πάντων τὸ χαλεπώτατον), transponunt verba p. 23A (ποιούμενος παράδειγμα pro παράδειγμα ποιούμενος), habent p. 21A ἀνέφυγε pro ξυνέφυγε, p. 21D καὶ ἀγαθόν pro κἀγαθόν, p. 27D καὶ pro γε, p. 32D ἐδειξάμην pro ἐνεδειξάμην, p. 33C δέ pro γὰρ, p. 38C τῇ πόλει pro τὴν πόλιν, p. 39C ἄξειν pro ἤξειν, p. 39D κωλύειν pro κολούειν, p. 42 πλήν δῆ pro πλήν εἰ.

Familia *a*<sup>1</sup> autem dividitur in  $\mathcal{A}ΠT$  et  $DS^h$ .

Libri  $DS^h$  inter se consentiunt his locis. Omittunt p. 19A ἄν, p. 27D γε, p. 38D ἄλλ', legunt p. 21A ἑταῖρός γε pro ἑταῖρός τε, p. 22E ταυτησί δέ pro ταυτησί δῆ, p. 23C ἀλλ' οὐκ αὐτοῖς pro ἀλλ' οὐχ αὐτοῖς, p. 25C βέλτιστε pro μέλητε, p. 26A οὐ pro οἶ, p. 27D δῆ pro ἄν, p. 28C κατεφρόνησε pro ὠλιγόρησε, p. 28D εἰ pro ἦ, p. 29D εἶη pro ἔσται, p. 33D τοὺς pro τῶν, p. 36A πολλῶν pro πολὺ (ante  $DS$  ὀλίγων pro ὀλίγον). Uno loco duobus ex his  $Dh$  solis debetur vera lectio; eos enim secutus Bekkerus p. 25E addidit τὸ (τοῦτο τὸ τοσοῦτον).

Libri  $\mathcal{A}ΠT$  falso habent p. 22C τὸ αὐτὸ pro τῷ αὐτῷ, falso omittunt p. 27D ἄν ante ἀνθρώπων. Quare dubito, num recte Cronus iis parens p. 32B omiserit ὑμῖν post ἠναντιώσθην μηδέν.

Magnum esse consensum librorum  $ΠT$  satis jam ostendit Schanzius<sup>2</sup>). In utroque enim olim deerat locus p. 35D γὰρ, ὃ ἄνδρες usque ad p. 37E τῷ θεῷ ἀπειθεῖν. Praeterea male omittunt p. 26B δέ, p. 35A τῇ, p. 39B ὑφ' ἡμῶν. Recte tamen Schanzius negat  $T$  ex  $Π$  descriptum esse; nam non raro a  $Π$  multum discrepat. Omittit enim verba p. 18B καὶ κατηγοροῦν usque ad p. 20C τις ὑμῶν ἰσως, p. 41E ἢ χορημάτων ἢ ἄλλου του πρότερον ἐπιμελεῖσθαι ἢ ἀρετῆς καὶ ἐὰν δοκῶσι, quae sunt in  $Π$ .

$Π$  propius accedit ad  $\mathcal{A}$ , quam ad  $T$ .  $\mathcal{A}$  et  $Π$  p. 25C male inferciunt ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς ( $Π$  haec verba bis ponit), p. 35D habent ὁμωμοκότης.

1) Codicem  $\Delta$  Schanzius (Stud. p. 49 sq. Philol. XXXV p. 645.) quod dicit in prima tetralogia non ex eodem libro descriptum esse atque  $\mathcal{A}$ , ei assentior, non concedo eum in numero librorum deteriorum habendum esse. 2) Schanzius (Hermes XI p. 112 sq. Philol. XXXV p. 646) D ortum esse dicit ex  $Π$ , S ex D. 3) Hermes. X p. 171 sq. Philol. XXXV p. 647.

Clarissimi autem facti sunt hi libri, quod in iis fere solis formae illae Atticae reperiuntur, quas Fischerus Wolfius Bekkerus alii grammaticos maximam partem secuti Platoni reddiderunt. Et primum quidem secunda persona singularis medii et passivi<sup>1)</sup> in  $\mathcal{A}$  ubique in  $\epsilon\iota$  exit, ita tamen, ut p. 27C ( $\acute{\alpha}\rho\kappa\omicron\upsilon\eta\iota$ ) et p. 28B ( $\acute{\alpha}\iota\sigma\chi\upsilon\eta\iota$ ) supra ultimam erasam illud  $\epsilon\iota$  positum sit.  $\Pi$  habet  $\epsilon\iota$  a prima manu p. 28B, p. 28C et p. 29C ( $\acute{\alpha}\rho\theta\alpha\nu\epsilon\iota$ ), p. 29D ( $\acute{\alpha}\iota\sigma\chi\upsilon\eta\iota$ ), sed  $\eta$  adscriptum est atque in eo p. 27C et p. 29E ( $\acute{\epsilon}\pi\iota\mu\epsilon\lambda\epsilon\iota$ ) ultima erasa et  $\eta$  supra positum est. Solus  $\Gamma$  p. 28B cum  $\Pi$  consentit. Terminationem  $\epsilon\iota$  jam Fischerus restituit.

Deinde plusquamperfecti activi prima singularis<sup>2)</sup> in  $\mathcal{A}$  tribus, duobus locis in  $\Pi$  in  $\eta$  exit. P. 31D ( $\acute{\alpha}\rho\lambda\omega\lambda\eta$ ,  $\acute{\omega}\phi\epsilon\lambda\eta\eta$ ), p. 36A ( $\acute{\alpha}\rho\pi\epsilon\phi\epsilon\upsilon\gamma\eta$ ) formas Atticas superscripta terminatione vulgari habet  $\mathcal{A}$ . In  $\Pi$ , qui p. 36A cum ceteris libris fere omnibus habet  $\acute{\alpha}\rho\pi\epsilon\phi\epsilon\upsilon\gamma\epsilon\upsilon$ , p. 31D ultima syllaba erasa et  $\epsilon\iota\nu$  superpositum ostendunt antea eo loco terminationem  $\eta$  fuisse. Idem non traditum est de  $\xi\nu\eta\delta\eta$  (p. 22C) et  $\eta\delta\eta$  (p. 22D). Nihilominus ibi quoque formas Atticas revocare non dubitavi, primum quod jam Panaetius<sup>3)</sup> codices antestatus Platonem illa terminatione usum esse affirmat, deinde quod cognoveram dedita opera a scribis formas vetustiores mutatas esse in recentiores, ita ut illae nisi in libris antiquissimis omnino non compareant et ne in illis quidem vix aliter quam addita altera forma<sup>4)</sup>. Primus F. A. Wolfius hanc plusquamperfecti terminationem in Platone restituit.

Obiter commemoro p. 36A cum Bekkero in  $\acute{\alpha}\rho\pi\epsilon\phi\epsilon\upsilon\gamma\eta$  augmentum esse omissum, quod in omnibus libris optimis desit. Sed p. 22B Bekkerum sequi nolui cum uno S<sup>1</sup> scribentem  $\pi\epsilon\pi\omicron\iota\eta\kappa\epsilon\sigma\alpha\nu$ . P. 33D in omnibus libris et editionibus est  $\acute{\epsilon}\pi\epsilon\pi\omicron\eta\theta\epsilon\sigma\alpha\nu$ .

Tum  $\mathcal{A}\Pi$ <sup>1</sup> p. 29B futurum habent  $\phi\omicron\beta\eta\theta\eta\sigma\omicron\mu\alpha\iota$ , quod

1) Cf. Schneideri praef. ad civ. I p. L sq. 2) Cf. A. Jordan, Fleckeisens Jahrb. 1876 p. 775. 3) Eustath. in Od.  $\Psi$  220 (II p. 305 ed. Lips.)  $\pi\alpha\rho\alpha\delta\acute{\iota}\delta\omega\sigma\iota$  γὰρ Ἡρακλείδης, ὅτι Ἄττιοὶ τοὺς τοιοῦτους ὑπερσυντελείουσι ἐν τῷ ἤτα μόνον περατοῦσιν, ἤδη λέγοντες καὶ ἐνενοήμη καὶ ἐπεποιήμη. καὶ οὕτω φησὶ Παναίτιος ἔχειν τὰς γραφὰς παρὰ Πλάτωνι. Cf. L. Sommer, Allgem. Schulz. 1830. p. 1039 sq. 4) Aliter judicat de hac re Schneider. praef. ad civ. I p. XXXII sq. Errat autem Cobetus (mnemos. nov. ser. III 3. 1875 p. 282) satis constare dicens etiam plurimis codicum nostrorum testimoniis plusquamperfecta apud Platonem in  $\eta$  exire.

Bekkerus cum  $\Delta\Phi$ 14DSdegh $\Pi$ <sup>2</sup> in  $\phi\omicron\beta\eta\theta\eta\sigma\omicron\mu\alpha\iota$  mutaverat<sup>1)</sup>.

Deinde non puto praetermittendum illud  $\kappa\omicron\sigma\omega\nu\eta\eta\sigma\iota\nu$ <sup>2)</sup>,

quod p. 28D in utroque libro ( $\mathcal{A}$   $\kappa\omicron\sigma\omega\nu\eta\eta\sigma\iota\nu$ ,  $\Pi$   $\kappa\omicron\sigma\omega\nu\eta\sigma\iota\nu$ , 14  $\kappa\omicron\sigma\omega\nu\eta\sigma\iota\nu$ ) legitur loco Homeric illius  $\kappa\omicron\sigma\omega\nu\iota\sigma\iota\nu$ . Formam  $\kappa\omicron\sigma\omega\nu\eta\eta\sigma\iota\nu$  nescio quo jure respuant, qui alias formas raras ex  $\mathcal{A}\Pi$  recipiunt. Homérica sane non est; at Platonem in Homero laudando satis constat licentia quadam usum esse<sup>3)</sup>.

Restat, ut de libro Bodleiano dicam. In eo aestimando primum hoc tenendum est, ei soli in apologia emendanda unum deberi, quod ad sententiam pertineat. P. 37C eum secuti Turicenses pro  $\tau\iota\mu\eta\sigma\omicron\mu\alpha\iota$  scripserunt  $\tau\iota\mu\eta\sigma\omega\mu\alpha\iota$ . Ceteris locis omnibus, quibus germanam Platonis manum exhibet, socios habet libros bonos aut omnes aut non nullos.

Deinde non pauci sunt loci, quibus Bodleiani prima manus habet, quae aperte falsa sunt rectis manu vetusta

supra scriptis. Habet p. 18A  $\kappa\alpha\iota$   $\nu\tilde{\nu}\nu$  γάρ, p. 19C  $\mu\eta\text{-}\rho\omicron\tau\text{'}$   $\tau\acute{\alpha}\lambda\lambda\alpha$   $\pi\omega\varsigma$ , p. 19D  $\pi\omicron\lambda\lambda\acute{\alpha}$ , p. 24A  $\acute{\epsilon}\sigma\tau\iota\nu$ , p. 29B  $\tau\omicron\upsilon\tau\omicron$ , p. 30D  $\tau\omicron\tilde{\nu}$   $\theta\epsilon\omega\tilde{\nu}$  al. His locis omnibus recipienda erant, quae inter versus leguntur. Itaque mirum est p. 38A, ubi

legitur  $\rho\acute{\alpha}\delta\iota\omicron\nu$  —  $\alpha$  manu satis vetusta addito —, editores relicto illo  $\rho\acute{\alpha}\delta\iota\omicron\nu$ , quod habent libri ceteri fam.  $\alpha$ , nondum revertisse ad  $\rho\acute{\alpha}\delta\iota\alpha$ , quod idem est in  $\tau$ . Praeter manum antiquam etiam recens mutavit librum  $\mathcal{A}$ , sed minus est respicienda. Ut in aliis libris, ita in  $\mathcal{A}$  non nunquam falsa punctis notata (p. 28A  $\acute{\alpha}\iota\sigma\chi\eta\sigma\iota\nu$ ) aut ordo verborum supra positus litteris mutatus (p. 41E  $\mu\acute{\epsilon}\nu\tau\omicron\iota$   $\delta\acute{\epsilon}\omicron\mu\alpha\iota$ ).

Denique non desunt loci, quibus in  $\mathcal{A}$  inveniuntur falsa, recta in ceteris libris bonis. Male enim omittit p. 27C alterum  $\acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota$ , p. 38C  $\mu\epsilon$ , male addit p. 17C  $\kappa\alpha\iota$  ( $\acute{\alpha}\rho\omicron\rho\acute{\alpha}$   $\kappa\alpha\iota$   $\acute{\epsilon}\pi\iota$ ), male habet p. 20C optativum  $\acute{\epsilon}\chi\omicron\iota$ , p. 21A medium  $\theta\omicron\sigma\upsilon\beta\epsilon\iota\sigma\theta\epsilon$ . Quae cum ita sint, quis

1) Schneider. ad civ. V 470 A. A. Jordan. p. 615. 2) Lobeck. pathol. p. 230. 3) Schneider. ad civ. III 405 E.

miratur, quod Bekkerus, antequam librum Bodleianum cognovit, Platonem ita edidit, ut, postquam lectiones ejus a Gaisfordio enotatas cognovit, nihil fere ei videretur mutandum esse?

In omnibus igitur, quae ad scriptoris sententiam pertinent, cum libri A praesidio possimus carere, tamen maxime celebratus est in rebus orthographicis, in quibus summa est ejus auctoritas. Oratio enim, quam exhibet, antiquitatis vestigia quaedam manifesta habere videtur. De formis quibusdam Atticis, quae in eo sunt, jam supra dixi. Sed etiam in addendis et demendis litteris finalibus, in crasi aliis constantiam quandam ei esse negari non potest. Haec postquam Schanzius cum in aliis libellis tractavit tum in editione sua satis respexit, retractare longum est. Tantum dico, ubique in his rebus me secutum esse librum A. Cujus cum in verbis recte scribendis tanta sit auctoritas, nescio an temere coniciatur librum A et qui ei maxime sint cognati descriptos esse ex archetypo, qui a grammatico quodam ita correctus esset, ut leges, quas sibi scripsisset, omnino viderentur probandae esse<sup>1)</sup>. Quamquam iis temporibus, quibus constituta sunt illa, ne inter grammaticos quidem in omnibus erat consensus et quae ab iis constituta sunt adeo dubitationem non habent, ut iudicium in iis non sit adhibendum.

Quae cum ita sint, contextum Platonis praestabit talem exhibere, qualis est in familia a atque in rebus orthographicis et grammaticis librum A omnibus reliquis praeferre. Quamquam per se concedi potest etiam in familia b non nulla posse conservata esse, quae non negligenda sint. Librorum autem optimorum cum tantus sit numerus, quantus vix in alio quoquam scriptore reperiatur, non opus est Platonis textum quem vocant tot conjecturis tentare, quot visum est Hirschigio et Schanzio<sup>2)</sup>.

His positus jam ita disseramus de rebus quibusdam grammaticis, ut simul librorum et grammaticorum testimonia respiciamus. Librorum enim scripturas varias legentes non nunquam nobis videmur audire grammaticos litigantes. Jam ubi de plusquamperfecti terminatione in η diximus, satis cognovimus discrepantiam de ea fuisse inter grammaticos. Nunc venio ad alia.

1) Cf. Lehrs, Schades wissenschaftl. Montagsbl. 1876 p. 134.

2) Cf. quae disserui l. l. p. 122 sq.

Ap. 18D *κωμωδοποιός* prima in Forsteri editione legitur, sed, ut ait ipse, 'male, operarum vitio'. Nihilominus hanc formam Fischerus retinuit ut Atticam. Moeris enim: *κωμωδοποιοὶ Ἀττικῶς, κωμωδοποιοὶ Ἑλληνικῶς*. Sed Moeridem fortasse corrigens Thomas magister: *καὶ κωμωδοποιός καὶ κωμωδοποιός*. Eadem dissensio, quae est inter grammaticos, invenitur in libris. Ap. 18D *κωμωδοποιός* est in A P<sup>1</sup>, *κωμωδοποιός* in ΔΞΣΦτ P15d ghZ<sup>1</sup>P<sup>2</sup>B<sup>2</sup>. *κωμωδοποιός* habent Phaed. 70C ΑΔΠΞ ΣΤ5BCHcdimP<sup>c</sup>A<sup>cor</sup>.T<sup>1st</sup>. (T<sup>2a</sup>), symp. 223D ΑΓΔΤD EKwzcp<sup>3</sup>tu<sup>1</sup>. Alc. I 121D utrum sit in libris, non constat, in editionibus est *κωμωδοποιός*. De rep. X 605D Par. A habet *τραγωδοποιῶν*<sup>1)</sup>. Rebus sic se habentibus libris optimis et Thomae parere malui Turicenses secutus quam Phrynicho, praesertim cum forma *κωμωδοποιός* rationibus etymologicis una commendetur<sup>2)</sup>. Quamquam res per se dubia est. Aristophanes<sup>3)</sup> enim scripsit *κωμωδοποιητής*. Quidni Plato *κωμωδοποιός*? Fieri enim potuit, ut Attici ipsi eadem ducti falsa etymologia, qua Piersonus<sup>4)</sup> opinabatur propter *κωμωδοδιδάσκαλος* etiam *κωμωδοποιός* dicendum esse — et fieri id quidem facile potuit, si illud nomen ante hoc aut magis in hominum ore erat — aut dicendi neglegentia quadam *κωμωδοποιός* usurparent.

Eveni nominis accentus et in prima syllaba et in ultima invenitur. Ap. 20B ΑΠτ b<sup>p</sup>Ξ<sup>1s</sup> habent *εὔηνος*, ΠτΞ<sup>2s</sup> *εὔηνος*, Γ<sup>1</sup>Ξ<sup>2s</sup> *εὔηνον*, *εὔηνον* t accentu in *ev* m. rec. addito. Etiam grammatici non de poeta illo quidem, sed de flumine cognomine diversa tradunt. Herodianus<sup>5)</sup> enim *εὔηνος*, Stephanus Byzantius *εὔηνος* scribendum duxit. Hunc secutus sum, quod ejus iudicium librorum optimorum testimonio confirmatur<sup>6)</sup>.

Ap. 29D Stallbaumius *ἐπιμελούμενος*<sup>7)</sup> scripsit cum familia a exceptis Δ, qui etiam Phaed. 62B *ἐπιμελούμενος*, ib. 62D *ἐπιμελούμενον* habet, Dd, sed accedentibus γεΖ'. Antea legebatur *ἐπιμελόμενος*, quae forma Atticistis deberi videtur. Nam Moeris: *ἐπιμέλον παροξυτόνως Ἀττικῶς, περισπωμένως Ἑλληνικῶς*, Thom. mag.: *ἐπιμέλομαι κάλλιον ἢ ἐπιμελοῦμαι καὶ μεταμέλομαι ἢ μεταμελοῦμαι*. Sed hoc apologiae loco verendum est, ne nimio constan-

1) Cf. Schneider. additam. ad civ. Plat. libr. p. 79. 2) Lo-  
beck. ad Phryn. p. 644. 3) ran. 734. 4) ad Moerid. s. h. v.  
5) pros. cath. I p. 181, 26 ed. Lentz. 6) cf. prol. mea ad  
Phaed. p. 40. 7) cf. eadem prol. p. 42.



tiae studio in errorem inducti fuerint, qui ἐπιμελούμενος mutarent in ἐπιμελούμενος. Paulo post enim legitur ἐπιμελεῖ<sup>1)</sup>.

P. 32A ὑπείκοιμι est in Ξς, ὑπεικάθοιμι Fischerus scripsit cum ceteris libris omnibus excepto e, qui habet ὑπεικάθειμι. Has formas Moeris ita discrevit, ut εἰκάθοιμι Ἀττικῶς, εἰκοιμι Ἑλληνικῶς dictum vellet. Sed utramque formam bonis scriptoribus fuisse usitatam recte statuit Engelhardtus ad l. l.

In negatione addenda aut omittenda diversam rationem p. 18D sequuntur a<sup>1</sup> et a<sup>2</sup>; nam a<sup>2</sup> habet πλὴν εἰ μὴ τις, a<sup>1</sup> cum b πλὴν εἰ τις. Sed οὐδὲ τὰ ὀνόματα οἷόν τε αὐτῶν εἰδέναι καὶ εἰπεῖν πλὴν εἰ μὴ τις κωμωδιοποιὸς τυγχάνει ὧν eodem jure dici potuisse quisque concedet atque polit. 286D οὐδὲν προσδεησόμεθα πλὴν εἰ μὴ πάροργόν τι. Et inveniri illa πλὴν εἰ μὴ apud Demosthenem Isocratē Aristotelem exemplis a Graevio<sup>2)</sup> et Lobeckio<sup>3)</sup> congestis satis confirmatur. Sed his de rebus apparet grammaticos inter se dissensisse. Phrynichus<sup>4)</sup> enim: Χωρὶς εἰ μὴ δοίῃ ἀδόκιμον. τὸ γὰρ μὴ καὶ τὸ χωρὶς ἀμφοτέρω ἀρνητικὰ ὄντα ὁμοῦ πίπτειν οὐ δύναται, ἀλλὰ τὸ ἕτερον ἢ τὸ μὴ ἢ τὸ χωρὶς. Contra Thomas: ἀμφοτέρω λέγει, καὶ χωρὶς εἰ μὴ τότε καὶ χωρὶς εἰ τότε, εἰ καὶ Φρύνιχος ἀδόκιμον εἶναι λέγει τιθέμενον μετὰ τοῦ μὴ. ὥσπερ γὰρ φαμεν πλὴν εἰ τότε καὶ πλὴν εἰ μὴ τότε καὶ ἐκτὸς εἰ μὴ τότε καὶ ἐκτὸς εἰ τότε, οὕτω καὶ χωρὶς εἰ μὴ τότε δεῖ λέγειν, οὐ μόνον χωρὶς εἰ τότε· τὸ γὰρ πλὴν καὶ τὸ ἐκτὸς τὸ χωρὶς δηλοῦσι.

Similiter tota familia a p. 38D μὴ in τοῦ ἐθέλειν omittit: ἀλλ' ἀπορία μὲν ἐάλωκα οὐ μέντοι λόγων, ἀλλὰ τόλμης καὶ ἀναισχυντίας καὶ τοῦ ἐθέλειν λέγειν πρὸς ὑμᾶς τοιαῦτα, οἷ' ἂν ὑμῖν ἤδιστα ἦν ἀκούειν. Sed negationem vix carueris, si contuleris Thuc. II 49 4 ἰ ἀπορία τοῦ μὴ ἡσυχάζειν. Nec desunt exempla Platonica<sup>5)</sup>: polit. 279C τὰ δὲ τοῦ μὴ πάσχειν ἀμυντήρια, de leg. VIII 832B ἐμπόδιος γίνεταί τοῦ μὴ καλῶς ἀσκεῖν.

Sed missis his grammaticorum controversiis nos convertamus ad ea, quae una ex librorum auctoritate pendent.

Nolo retractare, quae de Meleti nomine scripta sunt<sup>6)</sup>. Formam Μέλιτος in apologia habent ΑΠΙDgubeiΞ<sup>2)</sup>,

1) Lobeck. pathol. II p. 351 not. 2) ad Lucian. IX p. 478.  
3) ad Phryn. p. 459 not. 4) p. 459 ed. Lob. 5) cf. Kuehner, ausf. Gram. § 516 5 n. 10 o. 6) Hermann, de Socrat. accusat. p. 4. Stallbaum. ad ap. 19B.

reliqui Μέλιτος. Inde cognoscas, quam recte ii judicaverint, qui ex hujus nominis forma de librorum natura iudicium se facere posse arbitrati sunt. Ceterum Μέλιτος invenitur non solum in libris optimis Aristophanis<sup>1)</sup> Xenophontis<sup>2)</sup> Aristotelis<sup>3)</sup> Luciani<sup>4)</sup> Libanii<sup>5)</sup> Theodoretis<sup>6)</sup>, sed etiam in inscriptionibus<sup>7)</sup>. Quamquam Eustathius<sup>8)</sup> Μέλιτος defendit a nomine μέλι deducens ejusque opinioni accessit Welckerus<sup>9)</sup>.

Omnibus apologiae locis nominis Socratici accusativus est Σωκράτη<sup>10)</sup>. Haec forma ubique in libris familiae a legitur et p. 24B jam a Bekkero, ceteris locis a Turicensibus restituta est.

P. 41B Παλαμήδει legendum esse jam Heindorfus perspexerat. Forma Παλαμήδη nisi in tribus libris pejoribus (AEG<sup>ro</sup>) non invenitur.

Difficile est iudicium facere de compellationibus. Quae cum plerumque compendiis scriberentur, facile aut corrumpi aut abici potuerunt. Saepissime occurrit ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι<sup>11)</sup>; legitur enim in omnibus fere libris triginta sex locis. Brevior appellatio ὧ ἄνδρες<sup>12)</sup> undeviginti locis invenitur. Minus frequenter iudices appellantur ὧ Ἀθηναῖοι. Turicenses illud cum a sex locis<sup>13)</sup> Platoni reddiderunt, quibus ante eos ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι legebatur. Denique ὧ omisso ἄνδρες Ἀθηναῖοι Turicenses cum a scripserunt p. 29D et 30C.

Ap. 24D ἴδι δὴ νῦν pro ἴδι δὴ νῦν scribendum jam vidit Φ in Wiener allgem. Literaturz.<sup>14)</sup>. De hac re Astius<sup>15)</sup>: 'ubi δὴ νῦν, inquit, cohaerent, ita ut νῦν non tempus, sed conclusionem indicet (igitur, quo circa) vide, ne rectius scribatur δὴ νῦν, ut τοῖνυν.' Eleganter de hoc discrimine scripsit A. Boeckhius<sup>16)</sup>.

Atque haec quidem hactenus; enumeremus nunc eos libros, qui praeter eos, quos jam supra commemoravi, in

1) ran. 1302. 2) mem. IV 4 4. 3) rhet. III 18 p. 1419 a 9.  
4) Jup. conf. 16 pisc. 20 bis accus. 6 Demon. 11. 5) apol. Socr. p. 201. 6) IV p. 603C. 7) Bentlei. resp. ad Boyl. p. 167, Dawes. misc. p. 488 ed. Kidd., Dobree ad Arist. ran. 1336.  
8) ad Odyss. II p. 42 ed. Lips. 9) Griech. Trag. p. 973.  
10) cf. prol. mea ad Theaet. p. 43. 11) cf. ad ap. 17A.  
12) cf. ad ap. 17C. 13) p. 30B 32A 33C 34D 37AD.  
14) 1814. p. 1595. 15) lex. Plat. II p. 400. Cf. ejusdem animadv. in leg. p. 25. 16) Jenaische allg. Literaturz. 1808 p. 191 sq. (Kl. Schrift. VII p. 65 sq.) Cf. quae ego disserui in Fleckeiseni annal. 1873 p. 34.

- apologia aut emendanda aut explicanda usui mihi erant. Sunt autem hi:
- Platonis dialogi V. Recensuit notisque illustravit Nath. Forster. Ed. II. Oxon. 1752.
- Platonis Euthyphro apologia Socratis Crito Phaedo. Recensuit emendavit explicavit Joh. Frider. Fischerus. (Ed. III.) Lipsiae. 1783.
- Jo. Jacobus Hottingerus, loca nonnulla e Platonis apologia Socratis vel explicantur vel emendantur. Turici. 1792.
- Platonis libri quatuor Gorgias apologia Socratis Charmides Hippias major. Scholarum in usum edidit L. F. Heindorfius. Praefixa est annotatio critica in apologiam Socratis. Berolini. 1805.
- Platonis dialogorum delectus. Pars I. Euthyphro apologia Socratis Crito. Ex recensione et cum Latina interpretatione Frid. Aug. Wolfii. Berolini. 1812.
- Platonis dialogi quattuor Laches Euthyphro apologia Socratis Menexenus. Adnotatione perpetua illustravit Frid. Guil. Engelhardt. Berolini. 1825.
- Friedrich Jacobs, Elementarbuch der griechischen Sprache. III. Thl. Sokrates. 4. Aufl. Jena. 1828. (VII Aus der Vertheidigungsrede des Sokrates c. 3—10. 29—33).
- Platonis apologia Socratis et Crito. Edidit et in scholarum maxime usum interpretatus est Car. Guil. Elberling. Havniae. 1837.
- Platonis apologia Socratis. In usum scholarum edidit J. C. Held. Solisbaci. 1844.
- Platonis apologia Socratis Crito et Phaedo. Accedit emendationis specimen in nonnullis reliquorum dialogorum. Edidit R. B. Hirschig. Trajecti ad Rhen. 1853.
- Christian Cron, kritische und exegetische Bemerkungen zu Platons Apologie Kriton und Laches. Jahrb. für classische Philologie. 5. Supplementband. Leipzig. 1864.
- Notae editorum aliorumque virorum doctorum, qui frequentius mihi sunt laudandi, hae sunt:
- Ast.*: Platonis quae exstant opera. Recensuit Fridericus Astius. Tom. VIII. Lipsiae. 1825.
- Bkk.*: Platonis dialogi Graece et Latine. Ex recensione Immanuelis Bekkeri. Part. I vol. II. Berolini. 1816.
- Cr.*: Christianus Cronus. Cf. p. 2.
- Fsch.*: Johannes Fridericus Fischerus.
- Fstr.*: Nathanael Forsterus.
- Hdf.*: Ludovicus Fridericus Heindorfius.

- Hrm.*: Platonis dialogi secundum Thrasylli tetralogias dispositi. Ex recognitione Caroli Friderici Hermanni. Vol. I. Lipsiae. 1856.
- Hsch.*: Platonis opera ex recensione R. B. Hirschigii. Graece et Latine. Vol. I. Parisiis. 1856.
- Sch.*: Platonis opera quae feruntur omnia. Ad codices denuo collatos edidit Martinus Schanz. Vol. I. Lipsiae. 1875.
- Stb.*: Godofredus Stallbaumius. Cf. p. 1.
- Tur.*: Platonis opera quae feruntur omnia. Recognoverunt Jo. Georgius Baiterus Jo. Caspar Orellius Aug. Guilielmus Winckelmannus. Turici. 1839.
- Wb.*: Martinus Wohlrabius.
- ς: Editio Stephaniana.
- \*ς: " " cum codicibus reliquis.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ.

---

ΠΛΑΤΩΝΟΣ ΑΠΟΛΟΓΙΑ ΣΩΚΡΑΤΟΥΣ.

Ed. Forster.

Ed. Steph. I.

cap. I. Ὅτι μὲν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πεπόν- p. 17  
θατε ὑπὸ τῶν ἐμῶν κατηγορῶν, οὐκ οἶδα· ἐγὼ δ' οὖν

πλάτωνος σωκράτους ἀπολογία ΔΣΖ', σωκράτους ἀπολογία Πι  
B<sup>a</sup> a b c d e g h i, ἀπολογία σωκράτους. ἡθικός Α, sed ἡθικός manu,  
ut videtur, recentiori. Sch. nov. com. p. 113. 2 ἐγὼ δ' a Bkk.,  
ἐγὼ γ' 5.

1 ὅτι μὲν ὑμεῖς — ἐγὼ δ' οὖν.  
Non pronomina, sed enuntiata  
sibi opponuntur. Euthyphr. 14 B  
τόδε μέντοι σοι ἀπλῶς λέγω, ὅτι  
ἐάν μὲν κεχαρισμένα τις ἐπίστη-  
ται τοῖς θεοῖς λέγειν τε καὶ  
πράττειν εὐχόμενος τε καὶ θύων,  
ταῦτ' ἐστὶ τὰ ὅσια, — τὰ δ'  
ἐναντία τῶν κεχαρισμένων ἀσεβῆ.  
Cf. Cron. Bem. p. 78 not.

ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι et in apo-  
logia et in aliis orationibus judi-  
cialibus haud raro appellantur  
judices, quod populi Atheniensis  
vices sustinuerunt. Cf. ad p. 32 B.  
Utuntur autem oratores illa com-  
pellatione, quo magis attentos  
sibi faciant judices. Quare suam  
sedem habet in partium orationis  
singularum initiis et conclu-  
sionibus. Itaque legitur in ex-  
ordiis trium orationum, quas  
Socrates se defendens habet  
(p. 17 A 35 E 38 C), legitur in  
initiis trium illarum partium,  
e quibus constat defensio ipsa  
(p. 18 E 24 C 28 A), legitur in  
multorum capitum initiis, quae  
particularis, in quas illae partes  
dividuntur, bene respondent  
(c. II IX XIV XVI XVII XVIII  
al.). In sententiarum conclu-  
sionibus invenitur p. 20 C 24 A  
28 D 35 D. Praeterea hanc appel-  
lationem consentaneum est inve-  
niri in obsecrationibus (p. 20 E),

in affirmationibus (p. 17 BC 18 B  
19 C 22 A 24 A), denique omnibus  
iis locis, quibus magna vi aliquid  
enuntiatur (p. 26 E 30 D 37 C).  
Cur Socrates judices noluerit  
appellare ὦ ἄνδρες δικασταί,  
intellegitur ex p. 40 A ἐμοὶ γάρ,  
ὦ ἄνδρες δικασταί — ὑμᾶς γάρ  
δικαστὰς καλῶν ὀρθῶς ἀν καλοῖην  
— θανατάσιόν τι γέγονεν. Solos  
igitur eos iudicium nomine dignos  
habet, qui se absolverint. Cf.  
p. 26 D.

πεπόνθατε. πάσχειν dictum de  
animi commotione, quam orato-  
res efficiunt. Phaed. 89 A ὁ πεπόν-  
θειμεν ὑπὸ τῶν λόγων. Symp.  
215 D οἶα δὴ πέπονθα αὐτὸς ὑπὸ  
τῶν τούτου λόγων καὶ πάσχω ἐτι  
καὶ νυνί. De rep. V 451 B ἐάν τι πά-  
θωμεν πλημμελεῖς ὑπὸ τοῦ λόγου.

2 ὑπὸ τῶν ἐμῶν κατηγορῶν,  
ut p. 42 δίκαια πεπονθῶς ἐγὼ  
ἔσομαι ὑφ' ὑμῶν. Similiter  
p. 19 C μή πως ἐγὼ ὑπὸ Μελήτων  
τοσαύτας δίνας φύγοιμι, p. 38 C  
ὄνομα ἔξετε καὶ αἰτίαν ὑπὸ  
τῶν βουλομένων τὴν πόλιν  
λοιδορεῖν.

δ' οὖν incertis opponuntur  
quae certa sunt. P. 34 E ἀλλ'  
εἰ μὲν θαρραλέως ἐγὼ ἔχω πρὸς  
θάνατον ἢ μή, ἄλλος λόγος. πρὸς  
δ' οὖν δόξαν καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν  
καὶ ὅλη τῇ πόλει οὐ μοι δοκεῖ  
καλὸν εἶναι.

17 καὶ αὐτὸς ὑπ' αὐτῶν ὀλίγον ἔμαντοῦ ἐπελαθόμεν' οὕτω  
πιθανῶς ἔλεγον. καίτοι ἀληθές γε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν  
εἰρήκασιν. μάλιστα δὲ αὐτῶν ἐν ἐθαύμασα τῶν πολλῶν  
ῶν ἐψεύσαντο, τοῦτο, ἐν ᾧ ἔλεγον, ὡς χρὴ ὑμᾶς εὐλα-  
B βεῖσθαι, μὴ ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατηθῆτε ὡς δεινοῦ ὄντος λέγειν. 5  
τὸ γὰρ μὴ αἰσχυρῆσθαι, ὅτι αὐτίκα ὑπ' ἐμοῦ ἐξελεγχθή-  
σονται ἔργω, ἐπειδὴν μὴδ' ὀπωστιοῦν φαίνωμαι δεινὸς  
λέγειν, τοῦτό μοι ἔδοξεν αὐτῶν ἀναισχυρτότατον εἶναι,  
εἰ μὴ ἄρα δεινὸν καλοῦσιν οὗτοι λέγειν τὸν τάληθῆ λέ-  
γοντα· εἰ μὲν γὰρ τοῦτο λέγουσιν, ὁμολογοῖν ἂν ἔργω 10  
οὐ κατὰ τούτους εἶναι ῥήτωρ. οὗτοι μὲν οὖν, ὥσπερ ἐγὼ

1 δεινὸν post ὀλίγον om. a et pars b Bkk. 4 χρὴ ΔΦrdC5  
χcor. s Bcor. e (B<sup>a</sup>) Tur. suadente Heindorfio ad Prot. 320 D, χρὴν 4,  
χρὴν\* 5. 5 ἐξαπατηθεῖθ' Hsch. de Heindorfii conjectura. 6 ὁ τι  
Fstr. probante Heindorfio. 9 οὗτοι a Bkk., αὐτοὶ 5. Cf. Jenaer  
allg. Literaturz. 1832. N. 135 p. 113—14. 11 οὐ omittendum  
putavit Muret. var. lect. III 16. Cf. Cr. in Fleckeiseni annal. 1866  
p. 118 sq. et Bem. p. 79 sq. γοῦν Π<sup>a</sup>Φr14Dgh<sup>23</sup>(<sup>24</sup>) Cr., γὰρ Δd,  
οὖν Π<sup>s</sup>Ξ<sup>18</sup> cum 5, om. S. Cf. Heller. Philol. Anz. VI. 1874 p. 538.

2 πιθανῶς λέγειν, ut p. 23 E  
συντεταγμένως καὶ πιθανῶς λέ-  
γοντες. πιθανὸν autem est τὸ  
πίστιν παρεχόμενον ἄνευ τοῦ  
εἰδέναι (Gorg. 454 E).

ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν, ut  
p. 22 B ὡς ἔπος γὰρ εἰπεῖν, ὀλί-  
γον αὐτῶν ἅπαντες, p. 22 D οὐ-  
δὲν ἐπισταμένω, ὡς ἔπος εἰπεῖν.

3 αὐτῶν ἐν. Eodem modo  
mox τοῦτό μοι ἔδοξεν αὐτῶν  
ἀναισχυρτότατον εἶναι. STALLB.

4 ἔλεγον, ὡς χρὴ, ut p. 21 B  
καὶ πολὺν μὲν χρόνον ἠπόρουν,  
τί ποτε λέγει. Euthyphr. 4 C  
9 A. Cf. Φ in Wiener allg.  
Literaturz. 1814 p. 1591. Qui  
imperfectum tenent, id accom-  
modatum volunt imperfecto ἔλε-  
γον. At ejus accommodationis  
non afferunt exempla.

7 μὴδ' ὀπωστιοῦν. 'Sic οὐδ'  
ὀπωστιοῦν p. 26 E.' STALLB.

δεινὸς λέγειν. Non raro qui  
causam dicebant, ἀδυναμίαν τοῦ  
λέγειν de se praedicabant. Cf.  
Frohberger. ad Lys. XII 3.  
Socrates quamquam erat elo-

quentissimus, tamen genus di-  
cendi forense nunquam tractavit.

9 εἰ μὴ ἄρα, 'nisi forte,  
dicitur ironice.' STALLB. P. 38 B  
νῦν δὲ οὐ γὰρ ἔστιν, εἰ μὴ ἄρα  
ὅσον ἂν ἐγὼ δυνάμην ἐκτίσαι  
τοσοῦτον βούλεσθε μοι τιμῆαι.

10 εἰ—τοῦτο λέγουσιν, ὁμολο-  
γοῖν ἂν. Si in apodosi opta-  
tivus cum ἂν invenitur, in  
protasi εἰ cum indicativo prae-  
sentis quod revera non fit solet  
significare. P. 25 B πολλὴ γὰρ  
ἂν τις εὐδαιμονία εἴη περὶ τοῦς  
νέους, εἰ εἰς μὲν μόνος αὐτοῦς  
διαφθείρει, οἱ δ' ἄλλοι ὠφελούσιν.

ὁμολογοῖν ἂν—εἶναι ῥήτωρ.  
Aliter ὁμολογεῖν constructum  
Crit. 50 A ἐμμένονεν οἷς ὠμο-  
λογήσαμεν δικαίοις οὖσιν.

11 οὐ κατὰ τούτους 'me di-  
versum ab illis oratorem  
esse fatear.' STEPH. Her. I 121  
ἐλθὼν δὲ ἐκεῖ πατέρα τε καὶ  
μητέρα ἐνόησας οὐ κατὰ Mi-  
τραδάτην τε τὸν βουκόλον καὶ  
τὴν γυναῖκα αὐτοῦ.' RIDD. Cf.  
Baumlein in Fleckeiseni annal.  
1866 p. 115 sq.

λέγω, ἢ τι ἢ οὐδὲν ἀληθές εἰρήκασιν· ὑμεῖς δ' ἐμοῦ ἀκού-  
σεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. οὐ μέντοι μὰ Δία, ὧ ἄνδρες  
'Αθηναῖοι, κεκαλλιπημένους γε λόγους, ὥσπερ οἱ τούτων,  
ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασιν, οὐδὲ κεκοσμημένους, ἀλλὰ ἀκού-  
5 σεσθε εἰκῆ λεγόμενα τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασιν· πιστεύω  
γὰρ δίκαια εἶναι ἃ λέγω, καὶ μηδεὶς ὑμῶν προσδοκησάτω  
ἄλλως. οὐδὲ γὰρ ἂν δήπου πρόποι, ὧ ἄνδρες, τῆδε τῆ

1 ἢ τι ἢ οὐδὲν a Bkk., ἢ τι ἢ οὐδὲν Cr. Bem. p. 81., οὐδὲν 5.  
δ' ἐμοῦ Hdj., δέ μου 5.

1 ἢ τι ἢ οὐδὲν. De rep. VI  
496 C ἢ γὰρ πού τι ἀλλῶ ἢ  
οὐδενὶ τῶν ἐμπροσθεν γεγνε.  
Cf. ad p. 23 A.

2 πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, ut  
p. 33 C πᾶσαν ὑμῖν τὴν ἀλή-  
θειαν ἐγὼ εἶπον.

3 κεκαλλιπημένους γε λόγους.  
Hipparch. 225 C τῶν σοφῶν  
ῥημάτων, ἂν οἱ δεξιοὶ περὶ τὰς  
δικὰς καλλιπῶνται. Cf. Krue-  
ger. ad Thuc. VI 83.

ὥσπερ οἱ τούτων. 'Ne quis  
ὥσπερ τοῦς τούτων requirat, v.  
de hoc genere loquendi ann.  
ad Phaed. 111 A.' STALLB.

4 ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασιν.  
Scite Cronus comparat symp.  
198 B. Ibi Socrates de Agathonis  
oratione ironice: τοῦ κάλλους  
τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τίς  
οὐκ ἂν ἐξεπλάγη ἀκούων, de suo  
dicendi genere: ὅρα οὖν—εἰ  
τι καὶ τοιοῦτον λόγον δεῖ, περὶ  
'Ἐρωτος τάληθῆ λεγόμενα ἀκού-  
ειν, ὀνόμασιν τε καὶ θέσει  
ῥημάτων τοιαύτη, ὅποια δὲ ἂν  
τίς τύχη ἐπελθοῦσα (p. 199 B).

κεκοσμημένους, 'orationes  
ornatas tropis figuris, etiam  
numero.' FISCHER.

ἀκούσεσθε 'in secundo enun-  
tiati membro post ἀλλὰ positum.  
Eadem verbi collocatio est de  
leg. XII 951 E ἕκαστος δὲ τούτων  
μὴ μόνος, ἀλλ' ἴτω μετὰ νέου  
κτλ.' STALLB.

5 εἰκῆ λεγόμενα. In Xen.  
mem. IV 8 5 Socrates de se  
hoc: ἤδη μὲν ἐπιχειροῦντος  
φροντίσαι τῆς πρὸς τοῦς δικα-  
στὰς ἀπολογίας, ἠναντιώθη τὸ  
δαιμόνιον. Cf. Zeller, Phil. d.  
Griech. II 1 p. 79 n. 1.

εἰκῆ λεγόμενα τοῖς ἐπιτυ-  
χοῦσιν ὀνόμασιν. σχῆμα ἐν  
παράλληλον. Cron. Cf. p. 18 B  
πάλαι πολλὰ ἤδη ἔτη, p. 24 B  
αὐτίς γὰρ δὴ—λάβωμεν αὐ,  
p. 27 D αὐ—πάλιν, p. 36 C  
οὕτως κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον.  
Cf. ad Crit. 46 D.

πιστεύω γὰρ, 'nam credo  
justa esse, quae dico.' WOLF.  
Cf. Cron. Bem. p. 81 sq.

6 μηδεὶς προσδοκησάτω. Tertia  
persona imperativi aoristi cum  
negatione. Crit. 45 B μήτε—  
δυσχερὲς σοι γενέσθω.

7 ὧ ἄνδρες eodem fere modo,  
sed paullo rarius usurpatur,  
quam appellatio illa gravior  
ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι (cf. ad 17 A).  
In singularum igitur partium  
initii legitur c. XV XXIII  
XXIV p. 29 A 39 C, in obse-  
rationibus p. 21 A 27 B, in  
affirmationibus p. 29 A B. Cf.  
ad p. 26 C.

τῆδε τῆ ἡλικία. 'Cum τῆδε  
τῆ ἡλικία significet seni ea aetate,  
qua ego sum, recte cum nomine  
abstracto potuit componi nomen  
concretum μειρανίω.' HELD. Cf.  
Cron. Bem. p. 82.

ἡλικία ὥσπερ μειρακίῳ πλάττοντι λόγους εἰς ὑμᾶς εἰσεῖναι. καὶ μέντοι καὶ πάνν, ὃ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι· ἐὰν διὰ τῶν αὐτῶν λόγων ἀκούητέ μου ἀπολογουμένου, δι' ὧν περ εἰώθα λέγειν καὶ ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν, ἵνα ὑμῶν πολλοὶ ἀκηκόασι, καὶ ἄλλοθι, μῆτε θανατάζειν μῆτε θορυβεῖν τούτου ἕνεκα. ἔχει γὰρ οὕτως. νῦν ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικαστήριον ἀνα-

5 ἀγορᾷ ἐπὶ Β<sup>a</sup> Γ<sup>a</sup> Φ<sup>a</sup> 13 bei Bkk. suadente Heindorfio, ἀγορᾷ καὶ ἐπὶ ΑΛΞΠΦ<sup>e</sup> Β<sup>e</sup> C E H us. πολλοὶ a Tur., οἱ πολλοὶ 5.

1 πλάττοντι λόγους. 'Cum dicendum fuerit οὐδ' ἂν πρόποι τῆδε τῆ ἡλικία ὥσπερ μειρακίῳ πλαττουση λόγους εἰς ὑμᾶς εἰσεῖναι, per attractionem quandam participium iunctum est cum altero nomine μειρακίῳ, quod loquendi genus eo magis convenit huic sententiae, quia senectus h. l. non omnibus ex partibus comparatur cum adulescentia, sed tantum quatenus oratione haec uti solet comata atque ornata.' HELD.

εἰς ὑμᾶς εἰσεῖναι. 'Similiter p. 31C δημοσίᾳ δὲ οὐ τοιμῶ ἀναβαίνων εἰς τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον ἐμβουλεύειν τῇ πόλει.' STALLB.

3 παρίεμαι 'precor, deprecor, quod ipse Plato per παραιτοῦμαι explicat p. 27A ὑμεῖς δέ, ὅπερ κατ' ἀρχάς ὑμᾶς παρητησάμην, μέμνησθέ μοι μὴ θορυβεῖν.' RÜHNKEN. ad Tim. p. 207.

τῶν αὐτῶν λόγων. His recte Riddellius dicit Socratem eam dicendi rationem significare, qua utatur p. 27B sq. cum Meleto se colloqui fingens.

4 ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν. 'Respondent sibi καὶ ἐν ἀγορᾷ et καὶ ἄλλοθι. ἐπὶ τῶν τραπεζῶν accuratius definit verba ἐν ἀγορᾷ, ut p. 18B legimus πάλαι πολλὰ ἤδη ἔτη et innumera alia.' ENGELH. 'Plane eodem modo in Hippia min. 368B ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ ταῖς τραπέζαις. Quoniam

autem ad illas mensas versabantur fere homines nobiles divites et opulenti, facile est ad intellegendum, cur Socrates dicat se a iudicibus ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν auditum esse. Nam iudices non erant homines infimae sortis.' STALLB.

5 πολλοί. P. 19D ἀξιώ ὑμᾶς ἀλλήλους διδάσκειν τε καὶ φράζειν, ὅσοι ἐμὸν πόποτε ἀκηκόατε διαλεγόμενον. πολλοὶ δὲ ὑμῶν οἱ τοιοῦτοί εἰσι. Sed paullo ante μάρτυρας δ' αὐτοὺς ὑμῶν τοὺς πολλοὺς παρέχομαι.

6 ἄλλοθι. Xen. mem. I 1 10 'Ἄλλὰ μὴν ἐκεῖνός γε (Σωκράτης) αἰεὶ μὲν ἦν ἐν τῷ φανεροῦ. πρῶτε γὰρ εἰς τοὺς περιπάτους καὶ τὰ γυμνάσια ἦει καὶ πληθούσης ἀγορᾶς ἐκεῖ φανερός ἦν, καὶ τὸ λοιπὸν αἰεὶ τῆς ἡμέρας ἦν ὅπου πλείστοις μέλλοι συνέσεσθαι. καὶ ἔλεγε μὲν ὡς τὸ πολὺ, τοῖς δὲ βουλομένοις ἐξῆν ἀκούειν.

μῆτε θορυβεῖν. Dicturus est, quae audientibus displiceant. Quae qualia fuerint, cognoscitur ex iis locis, quibus hoc repetit: p. 20E μὴ θορυβήσητε, μὴδὲ ἂν δόξω τι ὑμῖν μέγα λέγειν, p. 27A ὑμεῖς δέ, ὅπερ κατ' ἀρχάς ὑμᾶς παρητησάμην, μέμνησθέ μοι μὴ θορυβεῖν, ἐὰν ἐν τῷ εἰωθότι τρόπῳ τοὺς λόγους ποιούμαι, p. 21A 30C. Eodem modo p. 30C βοῶν usurpatum: μέλλω γὰρ οὖν ἅττα ὑμῖν ἐρεῖν καὶ ἄλλα, ἐφ' οἷς ἴσως βοήσεσθε. 7 ἐπὶ δικαστήριον ἀναβέβηκα.

βέβηκα ἔτη γεγονὼς ἑβδομήκοντα· ἀτεχνῶς οὖν ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως. ὥσπερ οὖν ἂν, εἰ τῷ ὄντι ξένος ἐτύγχανον ἂν, ξυνεργινώσκετε δήπου ἂν μοι, εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ φωνῇ τε καὶ τῷ τρόπῳ ἔλεγον, ἐν οἷσπερ ἐτεθράμμην, 18 καὶ δὴ καὶ νῦν τοῦτο ὑμῶν δέομαι δίκαιον, ὡς γ' ἐμοὶ δοκῶ, τὸν μὲν τρόπον τῆς λέξεως εἶναι — ἴσως μὲν γὰρ χείρων, ἴσως δὲ βελτίων ἂν εἴη — αὐτὸ δὲ τοῦτο σκοπεῖν καὶ τούτῳ τὸν νοῦν προσέχειν, εἰ δίκαια λέγω ἢ μὴ δικαστοῦ μὲν γὰρ αὕτη ἀρετὴ, ῥήτορος δὲ τάληθ' ἔχειν.

1 ἑβδομήκοντα ΑΛ14DSTdghP<sup>r</sup>1B<sup>ma</sup>a<sup>m</sup>b<sup>m</sup>c<sup>m</sup> Tur., πλείω ἢ ἑβδομήκοντα ΦΠ<sup>ro</sup>r<sup>ro</sup>, πλείω ἑβδομήκοντα\* 5. 5 γ' ἐμοὶ Bkk., γέ μοι 5. 6 τι post γὰρ om. a cum parte b Tur. 9 αὕτη ἢ ἀρετὴ a praeter Α.

P. 40B ἀνέβαινον ἐντανθοῖ ἀναβαίνειν absolute p. 33D 36A. P. 34C παιδία τε αὐτοῦ ἀναβιβάσάμενος, p. 34D δεῦρο ἀναβιβάσάμενος.

1 ἑβδομήκοντα. Crit. 52E ἐν ἔτεσιν ἑβδομήκοντα. Socrates numerum non subtiliter exsequitur. Stallbaumio ad vim oratoriam πλείω utique requiri videbatur. At Socrates non erat orator. Sed HERMANNUS: 'πλείω, inquit, vel contra Oxon. retinere, quam cum Turic. omittere malui, quia doctius additamentum est, quam quod ad interpolatorem referamus. Immo facile eici poterat propter Crit. 52E videturque jam Apollodoro ignotum fuisse, qui apud Diog. La. II 44 ipso septuagesimo ante mortem anno natum statuit. At duos ut minimum annos adiciendos esse scite Boeckhius, corp. inser. II p. 321 probavit nosque mox comparato Synes. calv. encom. 17 confirmavimus. Cf. de theor. Deliac. p. 7.'

ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως. Haud raro causam dicentes fori iudiciorumque insolentiam excusabant.

2 ὥσπερ οὖν ἂν εἰ — καὶ δὴ καὶ νῦν. 'Non accurate quidem haec sibi respondent; dicendum enim erat ὥσπερ οὖν ἂν εἰ —

οὕτω καὶ νῦν τοῦτο ὑμῶν δέομαι; sed amant Graeci non nimis diligentes in his reperiri.' ENGELH. ὥσπερ οὖν ἂν — δήπου ἂν. ἂν repetitum bis p. 35D 41A, ter 31AD 40D.

ξένος. 'Non est dubium, quin peregrinis concessum fuerit, ut suas ipsi causas in iudicio agerent. Vd. Meier u. Schoemann, Att. Proc. p. 561.' ENGELH.

4 φωνῇ, dialectus. Phaed. 62A.

ἐν οἷσπερ ἐτεθράμμην. Plusquamperfecto continuatur ea orationis forma ac structura, quae inchoata est verbis ξυνεργινώσκετε — ἂν, ut p. 20A ὅς ἐμελλεν post εἰγόμεν ἂν. Crit. 44D Theaet. 165E Prot. 327C Charm. 171E. Cf. Aken, Jahrb. f. Philol. LXXVI (1857) p. 185.

5 τοῦτο — δίκαιον. 'Ut infra p. 20D ταυτί μοι δοκεῖ δίκαια λέγειν ὁ λέγων.' HEIND. 'P. 41C χρη — τοῦτο διανοεῖσθαι ἀληθές.' RIDD.

6 εἶναι. 'Infinitivi εἶναι et σκοπεῖν per epexegetin pronomini τοῦτο additi. Heindorf. ad Phaed. 74A.' STALLB. Crit. 45C οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖς ἐπιχειρεῖν πράγμα, σαρτὸν προδοῦναι.

9 αὕτη ἀρετὴ. P. 24B αὕτη ἔστω ἰκανὴ ἀπολογία πρὸς ὑμᾶς. Crit. 47E ἔστι δὲ πού τοῦτο

18 Π. Πρωτον μὲν οὖν δίκαιός εἰμι ἀπολογήσασθαι, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς τὰ πρῶτά μου ψευδῆ κατηγορημένα καὶ τοὺς πρώτους κατηγοροὺς, ἔπειτα δὲ πρὸς Βτὰ ὕστερα καὶ τοὺς ὑστέρους. ἐμοῦ γὰρ πολλοὶ κατήγοροι γεγόνασι πρὸς ὑμᾶς καὶ πάλαι πολλὰ ἤδη ἔτη καὶ οὐδὲν 5 ἀληθές λέγοντες· οὐς ἐγὼ μᾶλλον φοβοῦμαι ἢ τοὺς ἀμφὶ Ἄνυτον καίπερ ὄντας καὶ τούτους δεινούς. ἀλλ' ἐκεῖνοι δεινότεροι, ὡς ἄνδρες, οἱ ὑμῶν τοὺς πολλοὺς ἐκ παίδων παραλαμβάνοντες ἐπειθόν τε καὶ κατηγοροῦν ἐμοῦ οὐδὲν ἀληθές, ὡς ἔστι τις Σωκράτης σοφὸς ἀνὴρ τὰ τε μετέωρα 10

2 [ψευδῆ] Hsch. 3 καὶ τοὺς a cum plerisque b Bkk., καὶ

ἐμοῦ γὰρ πρὸς τοὺς 5. 4 ὕστερα a Bkk., ὕστερον 5. καὶ τὴν γὰρ A. 9 ἐμοῦ μᾶλλον οὐδὲν a Tur. coll. p. 18E., ἐμοῦ μὰ τὸν — οὐδὲν Sch., ἐμοῦ οὐδὲν\* 5. [μᾶλλον οὐδὲν ἀληθές] Hrm. 10 σωκράτης σοφὸς ἀνὴρ a Bkk., σωκράτης ἀνὴρ σοφὸς 5.

σῶμα. Aliter p. 24A αὐτὴ ἔστιν ἢ διαβολὴ ἢ ἐμὴ καὶ τὰ αἷτια ταῦτά ἐστιν.

1 δίκαιός εἰμι ἀπολογήσασθαι. Crit. 45A ἡμεῖς — δίκαιοι ἐσμεν σώσαντες σε κινδυνεύειν τούτων τὸν κίνδυνον. FISCHER. Cf. Crit. 46D. 'Quod propterea addit Socrates, quia defendens se contra superioris temporis accusatores videri poterat facere, quod extra causam, quae tum agebatur, positum esset.' HELD.

5 πάλαι πολλὰ ἤδη ἔτη. Cf. ad p. 17C. 'Sic p. 23E καὶ πάλαι καὶ σφοδρῶς διαβάλλοντες.' STALLB. 'Anni enim ad minimum viginti quattuor elapsi erant, ex quo eum in nubibus vulgo deridendum primo exhibuerat Aristophanes.' FORSTER. 'Fabulam enim hanc suam docuisse perhibetur Aristophanes Ol. 89, 2, mortuus autem esse Socrates Ol. 95, 1.' ENGELH.

6 οὐς ἐγὼ μᾶλλον φοβοῦμαι. In initiis orationum plerumque exponuntur, quae dicentibus adversa sunt. Cf. Rauchenstein. ad Lys. XIX 3.

τοὺς ἀμφὶ Ἄνυτον. Eodem modo Horatius sat. II 4 3 So-

cratem dicit Anyti reum. Cf. prol. p. 26.

9 παραλαμβάνοντες 'tamquam in disciplinam recipientes.' STALLB. Cf. ad Phaed. 82D.

10 ὡς ἔστι τις Σωκράτης, ut p. 23C ὡς Σωκράτης τίς ἐστιν.

σοφὸς ἀνὴρ. 'σοφοὶ dicebantur cum omnino philosophi tum maxime sophistae. Insigni autem cum εἰρωνείᾳ Socrates a calumniatoribus commemorat id sibi obiectum esse, quod sophistarum erat proprium in eorumque hominum dicit se positum esse numero, quibus veritatis virtutisque amore incensus acerrime semper adversatus fuerat.' HELD.

τὰ τε μετέωρα φροντιστής. Accusativus ex substantivo pendens, ut Xen. Cyr. III 3 9 ἐπιστήμονες ἦσαν τὰ προσήκοντα et dativus p. 30A τὴν ἐμὴν τῷ θεῷ ὑπερεσίαν. Contra Xen. symp. VI 6 εἰ μὴ γε ἐδόκεις τῶν μετεώρων φροντιστής εἶναι.

'Ita passim apud antiquos appellatur philosophi ac physici praesertim, quippe qui de coelo et mundo disputare soliti revera sublimia curabant. Hinc Socrates, licet aliud omnino agebat

φροντιστής καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ἅπαντα ἀνεξήτηκώς καὶ τὸν ἤττω λόγον κρείττω ποιῶν. οὗτοι, ὡς ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταύτην τὴν φήμην κατασκευάσαντες οἱ δεινοὶ εἰδὶν μου C κατήγοροι· οἱ γὰρ ἀκούοντες ἠγοῦνται τοὺς ταῦτα ζη- 5 τοῦντας οὐδὲ θεοὺς νομίζειν. ἔπειτά εἰδὶν οὗτοι οἱ κατήγοροι πολλοὶ καὶ πολὺν χρόνον ἤδη κατηγορηκότες, ἔτι δὲ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ λέγοντες πρὸς ὑμᾶς, ἐν ἧ ἂν μάλιστα ἐπιστεύσατε παῖδες ὄντες, ἐπινοῖ δ' ὑμῶν καὶ μειράκια, ἀτεχνῶς ἐρήμην κατηγοροῦντες ἀπολογου- f. a!

1 φροντιστής delendum censet A. de Bamberg. in Fleckeiseni annal. 1876. p. 666. γῆς Fsch. cum libris omnibus praeter ET, qui cum 5 γῆν habent. ἅπαντα a Bkk., πάντα 5. 3 οἱ ante ταύτην add. Hdf. 4 ἀκούσαντες a<sup>1</sup> Sch. 6 χρόνον ἤδη a Stb., ἤδη χρόνον 5. 8 δ' add. a<sup>1</sup> Bkk. 9 [ἀπολογουμένου οὐδενός] Hsch.

de rebus nimirum, quae ad mores spectant, praecipue disserens, hoc tamen nomine et non nunquam simpliciter φροντιστής dicitur et schola, quam ei comice tribuit Aristophanes, φροντιστήριον appellatur.' FORSTER.

τὰ τε μετ. φροντ. καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ἅπαντα. P. 19B Σωκράτης ἀδικεῖ καὶ περιεργάζεται ζητῶν τὰ τε ὑπὸ γῆς καὶ οὐράνια. Haec sapientia p. 20E dicitur μείζων τις ἢ κατ' ἀνθρώπων.

1 τὸν ἤττω λόγον κρείττω ποιῶν. 'Haec de Socrate et Chae-rephonte Aristoph. nub. 112 εἶναι παρ' αὐτοῖς φασὶν ἄμφω τῷ λόγῳ, τὸν κρείττον', ὅστις ἐστὶ, καὶ τὸν ἤττωνα. τούτων τὸν ἕτερον τοῖν λόγων τὸν ἤττωνα νικᾶν λέγοντά φασὶ τὰδικιώτερα.' FORSTER. 'Cic. Brut. VIII 30 docere, quem ad modum causa inferior dicendo fieri superior possit. Sophistis hoc proprium fuisse cum aliunde, tum ex Gellio constat, qui noct. Att. V 3 de Protagora: Pecuniam quippe, inquit, ingentem cum a discipulis acciperet annuam, pollicebatur se id docere, quam industria inferior fieret fortior, quam rem Graece ita dicebat: τὸν ἤττω λόγον κρείττω ποιεῖν.

Conf. Aristot. rhet. II 24 extr.' STALLB. Cf. Zeller, Phil. der Griech. II 1 p. 181 not. 1.

2 οὗτοι. 'hi quod eam famam sparserunt, graves illi sunt accusatores mei.' WOLF. Cf. Stallbaum. in Jahni annal. 1840 XXVIII p. 368.

5 οὐδὲ θεοὺς νομίζειν. Cf. p. 23D.

6 πολὺν χρόνον ἤδη. 'πολὺν ἤδη χρόνον vulgaris est verborum collocatio, ut p. 18B πολλὰ ἤδη ἔτη, p. 31B τσαῦτα ἤδη ἔτη. Tamen quod codices suppeditarunt, nolui aspernari, praesertim cum non careat idonea ratione. Nimirum πολὺν χρόνον unam efficit notionem. Cf. de rep. II 363D τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη.' STALLB.

7 ἐν ἧ ἂν μάλιστα ἐπιστεύσατε, 'qua iis facillime credidissetis, siquidem vobis potuissent persuadere, quod tamen non potuerunt.' STALLB. 'Gorg. 516C ἀγριωτέρους — ἀπέφηεν — καὶ ταῦτ' εἰς αὐτόν, ὃν ἤμιστ' ἂν ἐβούλετο.' HEIND.

9 ἀτεχνῶς 'in comparationibus solemne. v. ad p. 30E.' STALLB. Cf. p. 18D Phaed. 90C. ἐρήμην κατηγοροῦντες. Bek-

μένου οὐδενός. ὁ δὲ πάντων ἀλογώτατον, ὅτι οὐδὲ τὰ  
 D οὐνόματα οἷόν τε αὐτῶν εἰδέναι καὶ εἰπεῖν, πλὴν εἰ μὴ  
 τις κωμωδιοποιὸς τυγχάνει ὦν. ὅσοι δὲ φθόνῳ καὶ δια-  
 βολῇ χρώμενοι ὑμᾶς ἀνέπειθον, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ πεπει-  
 σμένοι ἄλλους πείθοντες, οὗτοι πάντων ἀπορώτατοί εἰσιν.<sup>5</sup>  
 οὐδὲ γὰρ ἀναβιβάσασθαι οἷόν τ' ἐστὶν αὐτῶν ἐνταυθοῖ  
 οὐδ' ἐλέγξαι οὐδένα, ἀλλ' ἀνάγκη ἀτεχνῶς ὥσπερ σκια-  
 μαχεῖν ἀπολογούμενον τε καὶ ἐλέγχειν μηδενὸς ἀποκρινο-  
 μένου. ἀξιῶσατε οὖν καὶ ὑμεῖς, ὥσπερ ἐγὼ λέγω, διττούς

2 εἰ μὴ τις α<sup>2</sup> Wb., εἴ τις α<sup>1</sup> b. cf. prol. p. 42. 5 πάντων Ad 4  
 Wb., πάντες\* s. Cf. prol. p. 36. 8 ἐλέγχοντα Γ<sup>cor</sup>. Stephanus.

ker. anecd. p. 245 ἔρημος δίκη,  
 ὅταν μὴ παρόντων ἀμφοτέρων  
 ὁ δικαστὴς τὴν ψήφον ἐπενέγκῃ  
 κατὰ τοῦ ἀπόντος. Cf. Hermann,  
 Staatsalterth. § 144, 10.

2 πλὴν εἴ μὴ τις κωμωδιοποιός.  
 'Nam comici cum omnino phi-  
 losophis essent infesti, tum etiam  
 Socratem ludibrio habuerunt.  
 Quod quidem praeter Aristophanem  
 fecisse narrantur Cratinus in  
 panoptis, Amipsias in Conno,  
 quae fabula una cum nubibus  
 Aristophanis commissa est, Eupolis,  
 a quo schol. ad Arist. nub. 97  
 auctor est Socratem hic et illic  
 vehementissime fuisse correptum,  
 alii. Schol. ad nub. l. c. etiam  
 Diphilum nominat, quem tamen  
 Meinekius, hist. crit. com. p. 449  
 censet non comicum fuisse poetam,  
 sed potius iambicum et ipso  
 Aristophane antiquiorem. Conf.  
 Diog. Laërt. II 16 Olymp. ad  
 Phaed. p. 70 B et quae testimonia  
 protulit Fritschius, quaest. Aristoph.  
 de Socrate veterum comicorum  
 p. 196 sqq.' STALLB.

3 φθόνῳ καὶ διαβολῇ χρώμε-  
 νοί i. e. φθονοῦντες καὶ δια-  
 βάλλοντες. De verbo χρῆσθαι  
 cum substantivis ita conjuncto,  
 ut alius verbi periphrasin faciat,  
 vide Hemsterhusium ad Calli-  
 mach. hymn. in Dian. 69.' STALLB.

4 οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ πεπεισμένοι

ἄλλους πείθοντες 'respondent  
 praecedenti participio χρώμενοι,  
 ubi omissum est οἱ μὲν, quod  
 et saepe fit et hic addi non  
 poterat propter ὅσοι, positum  
 orationis initio, unde verbum  
 finitum pendet.' ENGELH. Cf.  
 Prot. 331 B.

5 ἀπορώτατοί i. e. difficil-  
 limi. Raro haec vox sensu pas-  
 sivo de hominibus usurpatur;  
 sed ut ποταμός, ὄρος alia ἀπορα  
 dicuntur, sic etiam homines  
 ἀποροι vocantur, qui superari  
 nequeunt. Plerumque sensu ac-  
 tivo hominem auxilii consiliique  
 inopem signat.' ENGELH. 'Sic  
 Lys. 223 B ἀποροι προσφέρεσθαι  
 dicuntur quibuscum colloqui et  
 agere difficile est. conf. Thuc.  
 IV 32 ibiq. schol.' STALLB.

7 ὥσπερ σκιαμαχεῖν ἀπολογού-  
 μένον τε καὶ ἐλέγχειν μηδενὸς  
 ἀποκρινομένου. 'Stephanus in  
 hoc loco anacoluthon agnoscit,  
 ut καὶ ἐλέγχειν scriptum sit pro  
 καὶ ἐλέγχοντα. Rectius Fische-  
 rus καὶ ἐλέγχειν μηδενὸς ἀπολο-  
 γούμενον respondere ait τῷ  
 σκιαμαχεῖν tanquam epexegesis.  
 Collocatio τοῦ τε καὶ nihil habet,  
 quod offendat, modo teneas σκια-  
 μαχεῖν ἀπολογούμενον arctissime  
 esse conjungenda.' ENGELH.

9 διττούς μὲν τοὺς κατηγοροῦς.  
 'Gorg. 500 D εἰ ἐστὶ τούτω διττῷ  
 τῷ βίῳ.' HEIND.

μου τοὺς κατηγοροῦς γεγονέναι, ἑτέρους μὲν τοὺς ἄρτι  
 κατηγορήσαντας, ἑτέρους δὲ τοὺς πάλαι, οὓς ἐγὼ λέγω, E  
 καὶ οἰήθητε δεῖν πρὸς ἐκείνους πρῶτόν με ἀπολογήσα-  
 σθαι· καὶ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνων πρότερον ἠκούσατε κατη-  
 5 γορούντων καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ τῶνδε τῶν ὕστερον.

Εἶεν. ἀπολογητέον δὴ, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἐπι-  
 χειρητέον ὑμῶν ἐξελεῖσθαι τὴν διαβολήν, ἣν ὑμεῖς ἐν 19  
 πολλῷ χρόνῳ ἔσχετε, ταύτην ἐν οὕτως ὀλίγῳ χρόνῳ.  
 βουλοίμην μὲν οὖν ἂν τοῦτο οὕτως γενέσθαι, εἴ τι ἄμει-  
 10 νον καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοί, καὶ πλέον τί με ποιῆσαι ἀπολο-  
 γούμενον· οἶμαι δὲ αὐτὸ χαλεπὸν εἶναι, καὶ οὐ πάνυ με  
 λανθάνει, οἷόν ἐστιν. ὅμως τοῦτο μὲν ἴτω ὅπῃ τῷ θεῷ  
 φίλον, τῷ δὲ νόμῳ πειστέον καὶ ἀπολογητέον.

III. Ἀναλάβωμεν οὖν ἐξ ἀρχῆς, τίς ἡ κατηγορία

1 τοὺς om. Es, ex ceteris add. Wlf. suadente Heindorfio.  
 7 ἐν οὕτω πολλῷ Hsch. 8 ἔσχετε a Bkk. cum Heindorfio,  
 ἔχετε\* s. 12 δὲ post ὅμως om. a Stb. ἴτω ΔΣΞΤε5 ed Z',  
 ἔστω Hsch.

3 καὶ οἰήθητε. Socrates cum  
 se contra calumniatores defendit,  
 videri potuit extra causam lo-  
 qui, quod non licuit. Theaet.  
 172 E οὐκ ἔγχωρεῖ περὶ οὗ ἂν  
 ἐπιθυμήσωσι τοὺς λόγους ποιῆ-  
 σθαι, ἀλλ' ἀνάγκη ἔχον ὁ ἀν-  
 τίδικος ἐφέστηκε καὶ ὑπογραφὴν  
 παραναγινωσκόμενην, ὧν ἕκτος  
 οὗ ὄητεον.

7 τὴν διαβολήν 'malam de  
 me opinionem, ut p. 24 A 28 A  
 20 D 21 B. Nimirum διαβολή  
 h. l. est mala opinio suspi-  
 cio, quatenus falsis crimi-  
 nationibus excitata est.  
 Hesych.: Διαβολή· ὑπόπτεισις  
 ἢ ὑπόληψις.' STALLB.

8 ἐν οὕτως ὀλίγῳ χρόνῳ.  
 P. 24 A θανατόζοι' ἂν, εἰ οἶός  
 τ' εἶην ἐγὼ ὑμῶν ταύτην τὴν  
 διαβολήν ἐξελεῖσθαι ἐν οὕτως  
 ὀλίγῳ χρόνῳ οὕτω πολλὴν γεγο-  
 ννίαν, p. 37 B νῦν δ' οὐ βράδιον  
 ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ μεγάλας διαβο-  
 λὰς ἀπολύεσθαι. 'Est autem  
 ὀλίγος χρόνος clepsydra defini-

tus. v. Schoemann, antiq. p. 282.'  
 STALLB.

ταύτην. 'Sic non raro pro-  
 nomen demonstrativum cum vi  
 quadam infertur. Infra p. 35 B  
 post participium οἱ διαφερόντες  
 sequitur οὗτοι γυναικῶν οὐδὲν  
 διαφερόνσι.' ELBERL.

9 ἄμεινον. P. 41 D ἦδη τεθνή-  
 ναι καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων  
 βέλτιον ἦν μοι. Crit. 54 B οὕτε  
 γὰρ ἐνθάδε σοι φαίνεται ταῦτα  
 πρᾶττοντι ἄμεινον εἶναι οὐδὲ  
 δικαιοτέρον οὐδὲ ὀσιώτερον οὐδὲ  
 ἄλλῳ τῶν σῶν οὐδενὶ οὕτε ἐκείσε  
 ἀφικόμενον ἄμεινον ἔσται.

12 ἴτω ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον. Crit.  
 43 D εἰ ταύτη τοῖς θεοῖς φίλον,  
 ταύτη ἔστω, ib. 54 E καὶ πρᾶτ-  
 τωμεν ταύτη, ἐπειδὴ ταύτη ὁ  
 θεὸς ὑφηγεῖται. Cf. Muret. var.  
 lect. II 12.

14 ἀναλάβωμεν — ἐξ ἀρχῆς.  
 Gorg. 506 C Ἄκουε δὴ ἐξ ἀρχῆς  
 ἐμοῦ ἀναλαβόντος τὸν λόγον.  
 Cf. Crit. 46 C.



19 B ἐστίν, ἐξ ἧς ἰ ἐμὴ διαβολὴ γέγονεν, ἢ δὴ καὶ πιστεύων  
Μέλῆτος με ἐγράφατο τὴν γραφὴν ταύτην· εἶεν. τί δὴ  
λέγοντες διέβαλλον οἱ διαβάλλοντες; ὥσπερ οὖν κατη-  
γόρων τὴν ἀνωμοσίαν δεῖ ἀναγνῶναι αὐτῶν· Σωκρά-  
της ἀδικεῖ καὶ περιεργάζεται ζητῶν τὰ τε ὑπὸ  
γῆς καὶ οὐράνια καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω  
C ποιῶν καὶ ἄλλους τὰ αὐτὰ ταῦτα διδάσκων. τοι-  
αύτη τις ἐστίν· ταῦτα γὰρ ἐώρατε καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀρι-  
στοφάνους κωμῳδίᾳ, Σωκράτη τινὰ ἐκεῖ περιφερόμενον  
φάσκοντά τε ἀεροβατεῖν καὶ ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν 10

1 ἐστίν om. T<sup>5</sup>, add. Wlf. cum ceteris. 6 γῆς a cum parte  
b Bkk., γῆν 5. τὰ post καὶ om. a Tur. οὐράνια a Tur.,  
ἐπουράνια 5. 7 τὰ αὐτὰ ταῦτα a<sup>1</sup> Cr., ταῦτα 5. 8 ταῦτα a  
Stb., τοιαῦτα 5. ἐώρακατε Cobet. mnemos. nov. ser. III 3 (1875)  
p. 282.

1 ἢ δὴ καὶ πιστεύων Μέλῆτος.  
Ex illis calumniis accusationem  
ortam esse Socrates dicit etiam  
p. 23 E ἐν τούτων (τῶν διαβα-  
λόντων) καὶ Μέλῆτος μοι ἐπέθετο  
καὶ Ἄνυτος καὶ Ἀνκων, iis se  
oppressum iri auguratur p. 28 A.  
3 διέβαλλον οἱ διαβάλλοντες.  
P. 34 D ἐπιεικῆ ἂν μοι δοῶ —  
λέγειν λέγων, p. 36 A οὐκ ἀνέλ-  
πιστόν μοι γέγονε τὸ γεγονός  
τούτο. Riddell, digest of id.  
§ 262.

ὥσπερ οὖν κατηγόρων. Plene  
dicendum erat: δεῖ οὖν τὴν δια-  
βολὴν αὐτῶν ἀναγνῶναι ὥσπερ  
κατηγόρων τὴν ἀνωμοσίαν εἰ-  
σθαι ἀναγνῶναι. HELD.

4 τὴν ἀνωμοσίαν. ἀνωμοσία,  
ἐπειδὴ ἀνώμνηνον οἱ διάκοντες  
καὶ οἱ φεύγοντες, οἱ μὲν ἀληθῆ  
κατηγοροῦσιν, οἱ δὲ ἀληθῆ ἀπο-  
λογήσασθαι. HAPPOCR. p. 31.  
ἀνωμοσία· γραφὴ κατὰ τινος  
ἐνορκος περὶ ὧν ἡδυνῆσθαι φησι.  
TIM., ubi v. Ruhnken. Erat igitur  
ἀνωμοσία non solum iusiuran-  
dum, quo et accusator et reus  
calumniam iurabant, sed etiam  
ipse libellus. Quare h. l. reci-  
tari dicitur et p. 24 C idem esse  
apparet atque ἐγκλημα. Cf.

Meier u. Schömann, Att. Pro-  
cess p. 624 sq.

5 περιεργάζεται. 'P. 20 C οὐ  
γε οὐδὲν τῶν ἄλλων περιττότερον  
πραγματενομένου.' CRON.

7 τοιαύτη τις, ungefähr der-  
art. Talium accusatorum verba  
ipsa afferri non possunt. P. 21 B  
ἐπὶ ζήτησιν αὐτοῦ τοιαύτην τινὰ  
ἐτραπόμην. Similiter p. 24 B ἔχει  
δὲ πὼς ὧδε. Cf. ad Phaed. 59 A.

8 Ἀριστοφάνους. Cf. prol. p. 28.

9 ἐκεῖ περιφερόμενον. Nam  
Socrates in scena ostenditur  
spectatoribus sublimis in corbe  
pensili, qui et κρεμάθρα et  
ταρῶς a poeta vocatur. Ille  
corbis cum deferretur modo huc,  
modo illuc atque adeo ipse So-  
crates, qui in eo erat, propterea  
dicitur ἐκεῖ περιφερόμενος.  
FISCHER.

10 ἀεροβατεῖν· εἰς τὸν ἀέρα  
περιπατεῖν. HESYCH. Arist. nub.  
225 ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ  
τὸν ἥλιον.

ἄλλην πολλὴν φλυαρίαν φλυα-  
ροῦντα. 'Ridicula quaedam de  
coelo ac nubibus statuentem,  
ut alia etiam ipsius de pulicis  
saltu et culice commenta taceam.'  
FORSTER.

φλυαροῦντα, ὧν ἐγὼ οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν πέρι  
ἐπαίω. καὶ οὐχ ὡς ἀτιμάζων λέγω τὴν τοιαύτην ἐπιστή-  
μην, εἴ τις περὶ τῶν τοιούτων σοφός ἐστιν· μή πως ἐγὼ  
ὑπὸ Μελῆτου τσαύτας δίκας φύγοιμι! ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ  
5 τούτων, ὧ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδὲν μέτεστιν· μάρτυρας  
δὲ αὐτοὺς ὑμῶν τοὺς πολλοὺς παρέχομαι, καὶ ἀξιῶ ὑμᾶς D  
ἀλλήλους διδάσκειν τε καὶ φράζειν, ὅσοι ἐμοῦ πώποτε  
ἀκηκόατε διαλεγομένου· πολλοὶ δὲ ὑμῶν οἱ τοιοῦτοί εἰσιν.

1 οὐδὲν delet Cobet. var. lect. p. 299. 3 Wlf. post ἐστιν  
colon, post φύγοιμι exclamandi signum posuit, ante eum post ἐστιν  
comma, post φύγοιμι punctum erat. μή πως — φύγοιμι inclusit

Sch. μήπως W, μήποτε b, μήπω Δ14 C d B<sup>cor-e</sup> (B<sup>a</sup>), μήπον Γ<sup>a</sup> Φ<sup>e</sup> g.  
4 φύγοιμι a Wlf., φεύγοιμι 5. ἐμοὶ a<sup>1</sup> (τούτων ἐμοὶ a<sup>2</sup>)  
Wlf., μοι\* 5. 5 τούτων a Stb., τῶν τοιούτων\* 5. 6 αὐτοὺς  
a Bkk., αὐ 5. [τοὺς] Hrm.

1 ὧν 'sensu refertur ad ἄλλην  
πολλὴν φλυαρίαν ita, ut cogi-  
tentur res, de quibus nugetur  
Socrates Aristophaneus.' HELD.  
ὧν — πέρι ἐπαίω. Phaedr.  
259 E ὧν ἂν ἐρεῖν πέρι μέλλη.  
Cf. Hug ad symp. 181 E.

οὐδὲν οὔτε — οὔτε. 'Phil.  
33 B μηδὲν δεῖν μήτε μέγα μήτε  
σμικρὸν χαιρῖν.' STALLB.

οὔτε μέγα οὔτε μικρὸν 'dictio  
est fere proverbialis, etiam in  
comparativo οὔτε μείζον οὔτε  
ἐλάττων vel affirmative ἢ σμι-  
κρὸν ἢ μέγα. Cf. p. 21 B 24 A.'  
ENGELH. Cf. p. 19 A 26 B.

3 μή πως — φύγοιμι, 'uti-  
nam nullo modo tantis cri-  
minibus a Meleto accuser,  
ut timore permotus ejusmodi  
scientiam a me contemni simu-  
lem; verum enim vero ex-  
pers sum hujus scientiae.'  
ELBERL. Disseruit de hoc loco  
Cronus, Bem. p. 83 sq.

4 τσαύτας 'sc. quot sunt, qui  
talium rerum scientiam profi-  
tentur. Velut Socrates dicit p.  
23 E Μέλῆτος μὲν ὑπὲρ τῶν ποιη-  
τῶν ἀχθόμενος (ἐμοὶ ἐπέθετο),  
Ἄνυτος δὲ ὑπὲρ τῶν δημιουργῶν  
καὶ τῶν πολιτικῶν, Ἀνκων δὲ  
ὑπὲρ τῶν ῥητόρων.' HEIND.

ἀλλὰ γὰρ 'sic interpretanda  
sunt: ἀλλ' ἐκεῖνο οὐχ οὕτως ἔχει·  
οὐ γὰρ ἐμοὶ τούτων οὐδὲν μέτε-  
στι. De re audi Xen. mem. I 1  
11 οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάν-  
των φύσεως, ἢ περὶ τῶν ἄλλων οἱ  
πλείστοι, διελέγετο σκοπῶν, ὅπως  
ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν  
κόσμος ἔφην καὶ τίσιν ἀνάγκαις  
ἐκαστα γίνεται τῶν οὐρανίων,  
ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ  
τοιαῦτα μαθαίνοντας ἀπεδεί-  
κνυεν.' STALLB. Cf. p. 20 C.

5 μάρτυρας δὲ αὐτοὺς ὑμῶν  
6 θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος. 'Ex iisdem principiis aliud omnino colligit Platonis auditor Aristoteles: φοβερώτατον δ' ὁ θάνατος. πῶς γὰρ, καὶ οὐδὲν εἶτι τῷ τεθνεῶτι δοκεῖ οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακὸν εἶναι (eth. Nicom. III 6). Epicurus autem in epistula ad Menoeceum apud Laert. X 125 Socratico hoc contra mortis metum utitur argumento.' FORSTER.

7 ἂν οἶμαι — οἶμαι ἂν — ἂν εὔρεῖν. Cf. ad p. 17 D.

εἰ τινα ἐκλεξάμενον δέοι — δέοι σκεψ. 'Verbum cum longius iam praecessisset, repetitum est; sed cum in eadem structura pergatur, particulae hypotheticae εἰ repetitio haud necessaria videtur.' ENGELH.

νυκτὸς βεβίωκεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ βίῳ, οἶμαι ἂν μὴ ὅτι  
 E ἰδιώτην τινα, ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθυμήτους ἂν  
 εὐρεῖν αὐτὸν ταύτας πρὸς τὰς ἄλλας ἡμέρας καὶ νύκτας.  
 εἰ οὖν τοιοῦτον ὁ θάνατός ἐστιν, κέρδος ἔργωγε λέγω· καὶ  
 γὰρ οὐδὲν πλείων ὁ πᾶς χρόνος φαίνεται οὕτω δὴ εἶναι  
 ἢ μία νύξ. εἰ δ' αὖ οἶον ἀποδημηθεῖσθαι ἔστιν ὁ θάνατος  
 ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον, καὶ ἀληθῆ ἔστιν τὰ λεγόμενα,  
 ὡς ἄρα ἐκεῖ εἰσὶν ἅπαντες οἱ τεθνεώτες, τί μείζον ἀγαθὸν  
 τούτου εἴη ἂν, ὃ ἄνδρες δικασταί; εἰ γὰρ τις ἀφικόμενος  
 41 εἰς Αἶδου ἀπαλλαγεῖς τούτων τῶν φασκόντων δικα- 10  
 στῶν εἶναι εὐρήσει τοὺς ἀληθῶς δικαστάς, οἵπερ καὶ  
 λέγονται ἐκεῖ δικάζειν, Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς καὶ

3 [αὐτὸν] Hsch. ἡμέρας τε καὶ cum Eusebio Hdf. 5 πλείω  
 a<sup>1</sup>, πλείον Φ Fsch. cum Euseb. et Stob. 6 εἴτ' αὖ cum Stobaeo,  
 floril. 120 Hsch. 8 εἰσὶν ἅπαντες a Fsch., εἰσὶ πάντες s. 9 ἂν  
 add. a Fsch. 10 τούτων a Stb., τούτων s. 11 τοὺς ἀληθῶς a  
 Tur., τοὺς ὡς ἀληθῶς s.

2 τὸν μέγαν βασιλέα. Vitam regis Persarum plenam fuisse Graecis visam esse summae felicitatis recte docuit Jacobsius coll. Lucian. III 90 οὕτως ἔχων εὐδαιμονιστέρος εἶναι φήσεις τοῦ μεγάλου βασιλέως.

3 αὐτόν, 'quod Ficinus atque Wolfius in versione omiserunt, hic, quamquam a nomine suo βασιλέα tribus verbis separatum, ipsum significat. Non est hic cogitandum de sat vulgari illo usu, ex quo pronomem αὐτός abundanter post nomen inferri solet, de quo vide Heindorf. ad Gorg. 482 D.' ENGELH.

5 οὐδὲν πλείων, ut Phaedr. 232 E πολὺ πλείων ἐλπίς.

8 ὡς ἄρα. Hoc ἄρα respicere putat Hug. ad symp. 174 B ad οἶον ἀποδημηθεῖσθαι, ita ut sit igitur. Sed fortasse h. l. eadem ratione dictum est, qua plerumque in ὡς ἄρα, scilicet in afferendis aliorum verbis.

11 τοὺς ἀληθῶς δικαστάς. Phaed. 109 E ἐκείνός ἐστιν ὁ ἀληθῶς οὐρανός καὶ τὸ ἀληθῶς φῶς καὶ ἢ ὡς ἀληθῶς γῆ.

12 Μίνως. 'Attendas quaeso appositionem casu pronominis relativi factam, cum primaria pars enuntiati requirat accusativum. Sic Phaed. 66 E καὶ τότε — ἡμῖν ἔσται οὐ ἐπιθυμοῦμεν, — φρονήσεως. Symp. 206 A οὐδὲν γε ἄλλο ἐστὶν οὐ ἔρῳσιν ἄνθρωποι, ἢ τοῦ ἀγαθοῦ. Hipp. mai. 281 C τί ποτε τὸ αἴτιον, ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκείνοι, ὧν ὀνόματα μεγάλα λέγεται ἐπὶ σοφίᾳ, Πιττακοῦ τε καὶ Βίαντος, — φαίνονται ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων.' STALLB.

Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς καὶ Αἰακός. Tres hi inferorum iudices eorumque munera commemorantur etiam Gorg. 524 A καὶ τοὺς μὲν ἐν τῆς Ἀσίας Ῥαδάμανθυς κρινεῖ, τοὺς δὲ ἐν τῆς Εὐρώπης Αἰακός. Μίνω δὲ πρεσβεῖα δόσω ἐπιδιακρινεῖν, ἐὰν ἀπορήτην τι τῷ ἐτέρῳ, ἵνα ὡς δικαιοτάτη ἢ κρίσις ἢ περὶ τῆς πορείας τοῖς ἀνθρώποις. Cf. Preller, Griech. Mythol. II p. 130.

Μίνως Iovis ex Europa filius rex Cretensium, quibus leges

Αἰακός καὶ Τριπτόλεμος καὶ ἄλλοι, ὅσοι τῶν ἡμιθέων δίκαιοι  
 ἐγένοντο ἐν τῷ ἑαυτῶν βίῳ, ἄρα φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία;  
 ἢ αὖ Ὀρφεὶ ξυγγενέσθαι καὶ Μουσαίῳ καὶ Ἡσιόδῳ καὶ  
 Ὀμήρῳ ἐπὶ πόσῳ ἂν τις δέξαιτ' ἂν ὑμῶν; ἐγὼ μὲν γὰρ  
 5 πολλάκις θέλω τεθνᾶναι, εἰ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ· ἐπεὶ  
 ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θανμαστῆ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ ἀντόθι,

4 μὲν καὶ πολλάκις Stobaeus, μὲν γὰρ καὶ πολλάκις Hdf.

dedisse traditur, iam in Odys. XI 568 sq. iudex est mortuorum. Cf. Mino. 319 B.' ELBERL.

Ῥαδάμανθυς Iovis filius frater Minois propter temperantiam a Theognide (711 οὐδ' εἰ σωφροσύνην μὲν ἔχοις Ῥαδάμανθυς αὐτοῦ) et Pindaro (Pyth. II 73 φρονῶν ἔλαχε καρπὸν ἀμώμητον οὐδ' ἀπάταισι θυμὸν τέρεται ἐνδοθεν), ab Ibyco propter iustitiam apud Athen. XIII 603 D (Ῥαδάμανθυς δὲ τοῦ δικαίου) laudatus in Elysio versari ab Homero (Od. IV 564) dicitur. Cf. Preller. l. l. p. 636.

1 Αἰακός Iovis ex Aegina filius a Pindaro (Nem. VIII 8) dicitur βασιλεὺς χειρὶ καὶ βουλῆς ἀριστος, a Plutarcho (Thes. 10) Ἑλλήνων οἰσιώτατος. Cf. Preller. l. l. II p. 393.

Τριπτόλεμος Celei Eleusini-  
 orum regis et Metanirae filius. 'Quod in numero iudicum inferorum hoc loco ponitur, ea videtur fuisse plebis Atticae opinio, quae fortasse ex mysteriis Eleusiniis in vulgus dimanaverat. Etenim Triptolemus non solum agriculturam Athenienses docuisse ferebatur, sed iisdem etiam leges tulisse sapientissimas, unde θεσμοφόρος dictus est. Welcker, Zeitschr. für alte Kunst I 1 p. 134.' STALLB.

καὶ ἄλλοι. 'Videtur hoc referendum esse ad vulgarem illam opinionem, qua sua quis-

que negotia, quae vivus obierat, etiam apud inferos obire credebatur. Cogitandum est igitur omnino de legum latoribus et iudicibus sapientiae et virtutis laude celebratis.' STALLB.

3 ἢ αὖ. 'Particula αὖ antecedentibus haec quodam modo opponit. Wolfius periodum denno incipiens vertit: 'iam vero versari cum Orpheo.' Vernacule plerumque respondet *andrerseits*.' ENGELH.

Ὀρφεὶ — καὶ Μουσαίῳ. Orpheus et Musaeus de rep. II 364 E Σελήνης τε καὶ Μουσῶν ἔγγονοι dicuntur. Tribuuntur iis Prot. 316 D τελεταί τε καὶ χρησμοδῆλαι, carmina quaedam, quae antiquiora esse putabantur, quam Hesiodi et Homeri carmina.

4 ἐπὶ πόσῳ ἂν τις δέξαιτ' ἂν ὑμῶν, quanti tandem aestimatis? Cic. Tusc. I 41 98.

ἐγὼ μὲν γὰρ. 'De usu voculae γὰρ, quo ad sententiam refertur ex ceteris verbis facile intellegendam v. Buttmann. ad Soph. Philoct. 756, qui eam reddendam censet profecto, sane.' STALLB.

5 ἐπεὶ ἔμοιγε καὶ αὐτῷ. 'καὶ intendit pronomem ἐμοί αὐτῷ, quod opponitur ceteris, quibus fortasse non tanti pretii haec conversatio sit, quam Socrati. Vd. not. ad Lach. 194 A.' ENGELH.

41 Βόδοτε ἐντύχοιμι Παλαμήδει καὶ Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος  
καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν διὰ κρίσιν ἄδικον τέθνη-  
κεν· ἀντιπαράβλλοντι τὰ ἑαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων,  
ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὐκ ἂν ἀγῆς εἶη. καὶ δὴ τὸ μέγιστον,  
τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα ὡσπερ τοὺς ἐνταῦθα 5  
διάγειν, τίς αὐτῶν σοφός ἐστιν καὶ τίς οἶεται μὲν, ἐστὶν  
δ' οὐ. ἐπὶ πόσῳ δ' ἂν τις, ὃ ἄνδρες δικασταί, δέξαιτο  
ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαρόντα τὴν πολλὴν στρατιάν  
C ἢ Ὀδυσσεά ἢ Σίσυφον, ἢ ἄλλους μυρίους ἂν τις εἴποι 5  
καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας; οἷς ἐκεῖ διαλέγεσθαι καὶ ξυνεῖ- 10

2 τέθνηκεν, ἀντιπαράβλλοντι Hrm., Madvig. adv. I. p. 368.  
3 ἐκείνων. ὡς Sch. Madvig. l. l. 4 ἀγῆς ΓΛΞΣ<sup>α</sup> Τ5 Β<sup>α</sup>  
CEHTu Wb. cum Madvig. l. l., ἀγῆς Ζ<sup>τ</sup>, ἀγῆς\* 5. δὴ τὸ  
a Stb., δὴ καὶ τὸ 5. 6 τίς ἂν αὐτῶν α, τίς ἄρ' αὐτῶν conj.  
Stb., τίς δὴ αὐτῶν Sch. nov. com. p. 164. 7 οὐ, ἐπὶ πόσῳ ἂν  
τις Madvig. l. l. 8 ἀγοντα a. 9 μυρίους, οὗς ἂν conj.  
Stephanus. 10 γυναῖκας, οἷς — πάντως; Hsch. ἐκεῖ δια-  
λέγεσθαι a Wlf., διαλέγεσθαι ἐκεῖ 5.

1 Παλαμήδει. 'Palamedes, qui a Socrate etiam apud [Xen.] apol. 26 ponitur in numero eorum, qui iudicio iniquorum circumventi sint, interemptus est innocens lapidibus ab exercitu Graeco, quia credebatur, sed falso, eum prodidisse Priamo, cuius nomine ad Palamedem litteras dederat Ulysses, multas illi ob causas infensus. Vid. Verg. Aen. II 82 sq. et ibi Servius. Exstat hodie Gorgiae Leontini ὑπερ Παλαμήδους ἀπολογία.' FISCHER. 'Eius fortuna Socrates apud Xen. mem. IV 2 33 se consolatur.' STALLB.

Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος. 'Ajax Telamonius omnium Graecorum post Achillem fortissimus cum arma Achillis non accepisset et iniquo iudicio Ulyssi esset postpositus, insania mentis correptus se ipse interemit. vid. Hom. Odyss. 1 545 sqq.' STALLB.

2 καὶ εἴ τις ἄλλος. 'Quem hic respexerit, incertum est. Cogitare licet de Aesopo Phryge fabularum auctore. Hunc enim,

cum Delphos a Croeso missus venisset, iniusto iudicio sacrilegii condemnatum de rupe Hyampea Delphi deiecerunt. Plut. de ser. num. vind. 12 p. 556 Fsq.' ELBERL.

3 ἀντιπαράβλλοντι relatum ad ἔμοιγε καὶ αὐτῶ usque ad ἀγῆς sc. ἢ διατριβῆ explicationis causa addita sunt iis, quae modo dicta erant. Cf. Φ in Wiener allg. Literaturz. 1814 p. 1597.

6 διάγειν. Cf. ad Crit. 43B.

9 ἢ ἄλλους μυρίους ἂν τις εἴποι. 'Forsan μυρίους οὗς ἂν.' STEPH. 'Idemque legisse videtur Ficinus. Vulgatae tamen lectioni gemina habes in Phaed. 94B λέγω δὲ τὸ τοιόνδε, οἷον καύματος ἐνόητος καὶ δίσυρος ἐπὶ τούναντιον εἶλειν, τὸ μὴ πίνειν, καὶ πείνης ἐνούσης, ἐπὶ τὸ μὴ ἐσθίειν. καὶ ἄλλα μυρία ποῦ ὀρθῶμεν ἐναντιομένην τηρησῆν τοῖς κατὰ τὸ σῶμα.' FORSTER. 'Cf. nostra ad Gorg. 483 D quaeque attulit ad hunc locum Heusdeius spec. crit. p. 13.' HEIND.

ναὶ καὶ ἐξετάζειν ἀμήχανον ἂν εἶη εἰ δαιμονίας. πάντως 11  
οὐ δήπου τούτου γε ἔνεκα οἱ ἐκεῖ ἀποκτείνουσι· τὰ τε γὰρ  
ἄλλα εὐδαιμονέστεροί εἰσιν οἱ ἐκεῖ τῶν ἐνθάδε, καὶ ἦδη  
τὸν λοιπὸν χρόνον ἀθάνατοί εἰσιν, εἶπερ γε τὰ λεγόμενα  
5 ἀληθῆ ἐστίν.

XXXIII. Ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς χρῆ, ὃ ἄνδρες δικασταί,  
εὐέλπιδας εἶναι πρὸς τὸν θάνατον, καὶ ἐν τι τοῦτο δια-  
νοεῖσθαι ἀληθές, ὅτι οὐκ ἐστὶν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν D  
οὔτε ζῶντι οὔτε τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν  
10 τὰ τοῦτον πράγματα· οὐδὲ τὰ ἐμὰ νῦν ἀπὸ τοῦ αὐτο-  
μάτου γέρονεν, ἀλλὰ μοι δῆλόν ἐστι τοῦτο, ὅτι ἦδη τε-  
θνᾶναι καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων βέλτιον ἦν μοι. διὰ  
τοῦτο καὶ ἐμὲ οὐδαμοῦ ἀπέτρειπεν τὸ σημεῖον, καὶ ἐγωγε 11  
τοῖς καταψηφισαμένοις μου καὶ τοῖς κατηγοροῖς οὐ πάνυ  
15 χαλεπαίνω. καίτοι οὐ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ κατεψηφίζοντό  
μου καὶ κατηγοροῦν, ἀλλ' οἰόμενοι βλάπτειν· τοῦτο αὐτοῖς E  
ἄξιον μέμφεσθαι. τοσόνδε μέντοι αὐτῶν δέομαι· τοὺς  
υἱεῖς μου, ἐπειδὴν ἠβήσωσι, τιμωρήσασθε, ὃ ἄνδρες,  
ταῦτά ταῦτα λυποῦντες, ἅπερ ἐγὼ ὑμᾶς ἐλύπουν, ἐὰν

1 ἀμήχανον a et plerique b Hdf., ἀμηχάνον 5. εὐδαι-  
μονίας. πάντως οὐ Tur., εὐδαιμονίας πάντως οὐ 5. 2 ἀποκτείνουσι a Bkk., ἀποκτείνουσι 5. 5 ἐστὶν M<sup>m</sup>, delet Sch. nov. com. p. 161. 12 διὰ τοῦτο — τὸ σημεῖον inclusit Hsch. 13 τοῦτο a Bkk., ταῦτι 5. 16 βλάπτειν a Bkk., βλάπτειν τι 5. τοῦθ' ὁ conl. Hdf. 19 λυποῦντες a<sup>1</sup> Fsch. cum Mureto, var. lect. VIII 4, λυποῦντας 5.

1 ἀμήχανον ἂν εἶη εὐδαι-  
μονίας. 'Confert cum hoc gene-  
tivo Astius ad polit. p. 327  
alium in Theaet. 175A ἄτοπα  
αὐτῷ καταφαίνεται τῆς σμικρο-  
λογίας; et non ex adjectivis eos  
pendere dicit, sed quasi ab-  
solutos esse, rationem, quam  
nos dicimus relationem, signi-  
ficantes, quam grammatici ple-  
rumque omisso περι vel ἔνεκα  
explicant. Igitur ἀμήχανον  
εὐδαιμονίας hoc esse dicit: im-  
mensum seu admirabile hoc  
esset respectu felicitatis.  
Et hoc verum puto.' ENGELH.  
6 ὃ ἄνδρες δικασταί, 'vos,

iudices ii, qui me absolvistis.'  
Cic. Tusc. I 41 98.

7 ἐν τι. 'εἰς τις saepius con-  
iunctam reperitur, v. c. Phaedr.  
242B ἄλλος ἐνὶ γέ τῳ τρόπῳ  
προσαναγκάζοντα, ubi v. Hein-  
dorf. Sic etiam εἰς οὐδέεις  
coniungitur. Viger. p. 468.'  
ENGELH.

12 ἀπηλλάχθαι πραγμάτων,  
'h. e. rebus humanis, adiuncta  
laborum et aerumnarum  
notione. De rep. III 406 E  
τελευτήσας πραγμάτων ἀπη-  
λάγη.' STALLB.

19 ἅπερ ἐγὼ ὑμᾶς ἐλύπουν.  
Cf. ad p. 39C.

ὑμῖν δοκῶσιν ἢ χρημάτων ἢ ἄλλου του πρότερον ἐπι-  
 μελεῖσθαι ἢ ἀρετῆς, καὶ ἐὰν δοκῶσι τι εἶναι μηδὲν ὄντες,  
 ὀνειδίζετε αὐτοῖς, ὥσπερ ἐγὼ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἐπιμελοῦνται  
 ἂν δεῖ, καὶ οἴονται τι εἶναι ὄντες οὐδενὸς ἄξιοι. καὶ  
 42 ἐὰν ταῦτα ποιῆτε, δίκαια πεπονθῶς ἐγὼ ἔδομαι ὑφ' ὑμῶν 5  
 αὐτός τε καὶ οἱ υἱεῖς. ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι ἐμοὶ  
 μὲν ἀποθανομένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. ὁπότεροι δὲ  
 ἑμῶν ἔρχονται ἐπὶ ἄμεινον πρᾶγμα, ἄδηλον παντὶ πλήν  
 ἢ τῷ θεῷ.

8 πλὴν εἰ ΠSTh et, ut videtur, A<sup>1</sup>, πλὴν εἰ D, πλὴν δὲ Δd.  
 Cf. Sch. nov. com. p. 161.

6 αὐτός τε καὶ οἱ υἱεῖς. Crit. vitam agatis. Utrum autem sit  
 50E ὡς οὐχὶ ἡμέτερος ἦσθα καὶ melius, dii immortales sciunt,  
 ἔκγονος καὶ δοῦλος αὐτός τε καὶ hominem quidem scire arbitror  
 οἱ σοὶ πρόγονοι. Cf. Stallbaum. neminem. Eodem modo Theaet.  
 ad symp. 221D. 145B ὥρα τοίνυν σοὶ μὲν ἐπι-  
 ἀλλὰ γὰρ. Cicero Tusc. I δεικνύναι, ἐμοὶ δὲ σκοπεῖσθαι.  
 41 99 Sed tempus est iam hinc STALLB.  
 abire me, ut moriar, vos, ut 8 πλὴν ἢ. Cf. ad p. 20D.

## Prolegomena ad Critonem.

Eorum virorum, qui Platonis Critonem commentati  
 sunt, maxima pars jam supra p. 1 enumerata est.  
 Tractaverunt autem hunc dialogum  
 Fridericus Schleiermacher p. 233—36.  
 Fridericus Ast p. 492—95.  
 Josephus Socher p. 64—68.  
 Augustus Arnold p. 88—104.  
 Carolus Hermann p. 473—74.  
 Carolus Steinhart p. 291—303.  
 Franciscus Susemihl p. 90—91.  
 Eduardus Munk p. 471—78.  
 Godofredus Stallbaum p. 177—94.  
 Fridericus Ueberweg p. 247—48.  
 Carolus Schaarschmidt p. 380—82.  
 Georgius Grote p. 297—309.  
 Alfredus Ludwig p. XXXIV—VI.  
 Christianus Cron p. 39—42.

Praeterea commemorandi sunt hi libri

Abrahamus Theophilus Raabe, specimen interpretandi  
 Platonis dialogi, qui Crito inscribitur. Lipsiae. 1791.  
 Animadversionum ad Platonis Critonem part. II. III.  
 Vitebergae. 1805. 1810.  
 Platons Werke. Griechisch und Deutsch mit kritischen  
 und erklärenden Anmerkungen. 4. Thl. Eutyphron  
 und Kriton. 3. Aufl. Leipzig. 1855. p. 61—67.  
 Der Platonische Kriton übersetzt und erläutert von Friedr.  
 Aug. Nüsslin. 2. Aufl. Mannheim. 1857.  
 Hermann Stier, Erläuterungen, Betrachtungen und Paral-  
 lelen zu Platon's Kriton. Mühlhausen i. Th. 1874.



## I. Argumentum dialogi.

D. Tiedemann, dialogorum Platonis argumenta exposita et illustrata. Biponti. 1786. p. 17—19.

J. Hunziker, argumenta dialogorum. In editione Didotiana operum Platonis. III. p. 15—16.

Franciscus Schwab Platonis dialogi, qui inscriptus est Crito, ordinem argumentumque enarravit. Offenburger. 1873.

Crito Atheniensis eo die, quo redituram a Delo putabat navem sacram, postquam primo diluculo ad Socratem amicum in carcerem venit eumque repperit suaviter dormientem, diu apud eum assedit animi tranquillitatem eius admirans. Tandem experrecto ei nuntium se ait afferre tristissimum; videri enim navem illam sacram hoc ipso die venturam esse, qua reversa ei moriendum sit. Quem nuntium Socrates postquam negavit sibi esse molestum, de eius veritate dubitavit ideo, quia somnium quoddam sibi modo significasset tertio demum die vita se discessurum esse<sup>1)</sup>.

Deinde Crito Socratem permovere studuit, ut tum iam suae salutis consuleret; nam eius obitu non solum se ipsum privatam iri amicissimo suo, sed etiam de avaritia multitudini in suspicionem venturum esse. Socrates vero tali in causa nihil tribuendum respondit vulgi opinioni, quae in rebus gravissimis solet esse levissima<sup>2)</sup>.

His concessis Crito non metuendum esse docet, ne delatorum insidiis et ipse et amici Socrate servato aut omnes fortunas aut magnam pecuniam amittant. Amicos autem oportere pro amici salute omne periculum subire. Deinde viles esse et eos, qui Socratem e carcere educturi sint, et accusatores ipsos. Praesto autem esse non solum suam rem familiarem, sed etiam peregrinos quosdam pecuniam Athenas et attulisse et allaturos esse. Tum Socrati fore apud externos liberale hospitium. Huc accedere, quod Socrates ne iuste quidem agere videatur; nam Socratem ipsum eadem iniuria se affecturum esse, qua inimici eum cupiant afficere. Praeterea liberos videri prodere; deserere autem pueros educandos summae esse levitatis. Itaque timendum esse, ne et Socrates et amici eius omnibus turpitudinis notis insignes fiant; nam totam

1) c. I—II. p. 43A—44B. 2) c. III. p. 44B—D.

eius causam longe alium potuisse habere exitum, si strenue acta esset. Quae cum ita sint, Socrati non amplius cunctandum esse, sed fugiendi consilium capiendum<sup>1)</sup>.

Haec postquam Crito exposuit, eius consilio Socrates ita demum obtemperandum existimat, si cum recta ratione coniunctum sit; easdem enim rationes, quas semper in superiore vita secutus sit, etiam nunc se sequi. Quocirca quoniam Crito plurimum tribuit hominum opinionibus, Socrates primum quaestionem de iis iam superioribus temporibus identidem tractatam repetendam esse censet. Dictum autem erat antea ex hominum opinionibus alias magni faciendas esse, alias non; probandas enim esse intellegendum, non intellegendum repudiandas. Itaque qui artem gymnasticam tractabit, audiet magistrum eius, non vulgus. Quod si minus faceret, sine dubio corpus perderet. Nec aliter, ubi de honestate quaeritur, nisi sapientium sententias sequemur, perdemus eam partem, ad quam ea pertinet. Sicuti autem qui corpus prave exercuerit, vitam deget miserimam, ita qui de bonis animi non recte sentiet, quo sunt graviora, eo miserior erit. Quae cum ita sint, non curandum est, quid vulgus de rebus honestis opinetur. Si quis autem obiciat, vulgi opinionem esse respiciendam, quod tanta eius sit potentia, ut nos occidere possit, propterea non audiendus est, quod non vita per se, sed vita honesta plurimi aestimanda est<sup>2)</sup>.

His concessis quaerendum videtur Socrati, utrum iustum sit invitis Atheniensibus e carcere aufugere, an iniustum, nec respicienda esse existimatio communis. Id enim, quod iustum esse appareat, utique faciendum<sup>3)</sup>.

Iam ante Socrati cum Critone convenit nullo unquam pacto cuiquam licere iniuriam facere aut iniuriam illatam referre, quoniam id ipsum quoque sit iniuste facere. Ne ei quidem licere malum inferre, qui nobis ante intulerit. Hoc igitur tanquam principium ponitur totius disputationis<sup>4)</sup>.

Socrates igitur si e carcere fugeret invitis Atheniensibus, malum iis inferret; nam pactum cum iis initum violaret atque idcirco violaret leges. Leges autem suo iure eum vituperarent, quod sibi et universae civitati

1) c. IV—V. p. 44E—46A. 2) VII—VIII. p. 46B—48B.  
3) c. IX. p. 48B—E. 4) c. X. p. 49A—E.

perniciem moliretur; nullam enim esse posse civitatem, in qua iudicia a privatis evertantur atque nihil valeant. At Socrati iniuriam intulit civitas. Quod etsi conceditur, tamen ei cum legibus hoc convenit, ut iudiciis staret. Legibus enim Socrates non solum vitam debet, sed etiam educationem; quare legum est alumnus et servus; ergo ei non aequum est ius atque legibus. Si autem non licet patris vel domini iniurias ulcisci, multo minus patriae et legum, quandoquidem hae illis longe sunt sanctiores et venerabiliores. Quamobrem aut patriae persuadendum est aut eius imperiis obtemperandum; vim ei adhibere non licet<sup>1)</sup>.

Eodem accedit, quod unicuique Atheniensium liberum est, si civitas ei displiceat, collectis rebus migrare quocunque velit. In patria autem qui remanserit, eum leges censent pollicitum esse velle se ipsarum imperiis parere. Quocirca qui iis refragetur, eum iniuriam facere eoque maiorem, quod cuique civitatem errantem licitum sit meliora docere. Quae quidem omnia vel maxime in Socratem conveniunt; nam primum ei Atheniensium civitas tantopere placuit, ut nunquam in aliena civitate peregrinatus esset, deinde in iudicio quamquam ei licuit litem suam exilio aestimare, tamen noluit. Itaque Socrates, postquam foedus cum civitate fecit et per septuaginta annos servavit, turpiter sane faceret, si fugeret<sup>2)</sup>.

Praeterquam quod Socratis fuga turpis est, etiam ei ipsi et amicis perniciosa erit; nam timendum est, ne necessarii eius aut exilio aut pecunia puniantur. Socrates autem ut legum corruptor exteris quoque civitatibus, quae bonis legibus temperatae sunt, suspectus et invisus erit; metuent enim, ne adulescentes corrumpat. Contra Socrates si adibit eas civitates, in quibus maxima morum licentia regnat, vitam deget indignissimam. Denique ne liberis quidem conducet eius fuga. Quos si secum e patria abducet, reddet eos peregrinos; sin Athenis relinquet, eos exsul educare non poterit, sed tradere coactus erit amicis educandos<sup>3)</sup>.

Socrates autem si legibus obsecutus erit, haec omnia in Orco ad se defendendum afferre poterit. Illuc igitur si abibit, iniuria affectus abibit non a legibus, sed ab

1) c. XI—XII. p. 49E—51C. 2) c. XIII—XIV. p. 51C—53A.  
3) c. XV. p. 53A—54B.

hominibus. Sin autem e carcere egressus iniuriam illatam rettulerit, leges apud inferos vigentes eum haudquaquam excipient benevole<sup>4)</sup>.

Haec omnia Socrates postquam asseveravit sibi utique vera esse videri, Crito fatetur se non amplius habere, quod dicat<sup>5)</sup>.

## II. De dialogi dispositione.

Karl Eichhoff, logica trium dialogorum Platoniorum explicatio. Duisburg. 1854. p. 10—11.

Hermann Schmidt, Zu Platos Kriton. Inhaltsangabe des Dialogs in Form einer Disposition. Mützells Zeitschr. f. d. Gymnasialw. 1855. p. 433—40. (Beiträge zur Erklärung Platonischer Dialoge. Wittenberg. 1874. p. 156—64.)

Carl Meiser, Fleckeisens Jahrb. 1874. p. 42—43<sup>6)</sup>.

Primum exponitur, qua occasione Crito ad Socratem venerit<sup>4)</sup>.

Deinde Crito a Socrate petit, ut se servet, quod eius morte apud vulgus avaritiae insimuletur. Socrates autem vulgus, quippe quod sit temerarium, sequendum esse negat<sup>5)</sup>.

A. Crito Socrati fugiendum esse docet

a. pellendo Socratis timores<sup>6)</sup>. Socrati non timendum est,

I. ne sua fuga amici fortunas amittant;

nam

1. amicorum est omnia sua praebere amico<sup>7)</sup>,

2. viles sunt delatores<sup>8)</sup>,

3. peregrini quoque stipem conferent<sup>9)</sup>.

II. ne peregrinatio admodum tristis sit; nam

Critonis amici eum benigne excipient<sup>10)</sup>.

b. demonstrando iniuste Socratem acturum esse<sup>11)</sup>; nam iniustum esse

1. se ipsum perdere<sup>12)</sup>,

2. liberos deserere<sup>13)</sup>.

1) c. XVI. p. 54B—C. 2) c. XVII. p. 54D—E. 3) Cf. H. Heller, Zeitschr. f. d. Gymnasialwesen. 1876. Jahresberichte. p. 142—44. 4) c. I—II. p. 43A—44B. 5) c. III. p. 44B—D. 6) c. IV. 7) p. 45A. 8) ibid. 9) p. 45B. 10) p. 45B—C. 11) c. V. 12) p. 45C. 13) p. 45CD.

Quapropter magnopere timendum est, ne Socrates, si non fugiat, et sibi et amicis ignaviae famam paret<sup>1)</sup>.  
B. Socrates et Crito de fuga capienda disputant<sup>2)</sup>.

Ante omnia quaerendum est, qua ratione haec res sit tractanda<sup>3)</sup>. Socrates etiam in praesenti conditione easdem rationes sibi sequendas esse censet, quas per totam vitam secutus sit. Non vulgi igitur, sed intellegendum opinionum magni faciendas esse ducit. Nam imperitos qui audiet, perverse aget; soli intellegendes recte iudicant et suadent. Quapropter qui de animi bonis quaerit, eum oportet sequi sapientes; alioquin animum ipsum corrumpet. Itaque multitudo hominum spernenda est, etsi vitam potest auferre; nam non vita ipsa bonum est, sed vita honesta<sup>4)</sup>.

Jam ponitur, de quo disputetur, utrum iustum sit Socratem invitis Atheniensibus e carcere fugere necne<sup>5)</sup>.

I. Non licet cuiquam iniuriam inferre aut referre<sup>6)</sup>.

Socrates autem si fugeret, 1. legibus malefaceret, 2. foedus cum legibus factum rumpere<sup>7)</sup>.

1. E carcere fugere est legibus malefacere.

Legibus autem violandis interitus paratur civitati. Quod ne ei quidem licet facere, quem iniuria affecit civitas; nam legibus debetur reverentia. Earum enim beneficio cum et nati et educati simus, toti ex iis pendemus, ita ut non liceat iniuriam nobis illatam referre<sup>8)</sup>.

2. Atheniensium cuique licet civitatem relinquere. Itaque qui Athenis manet, earum se legibus obstringit. Si autem putat iniuriam sibi illatam esse a civitate, docendo ei licet eam a se repellere. Iam vero So-

1) p. 45D—46A. 2) c. VI—XVI. 3) p. 46C πῶς οὖν ἂν μετρίωτατα σκοποῦμεθα αὐτά; 4) c. VI—VIII. 5) c. IX. p. 48B ΣΩ. Οὐκοῦν ἐν τῶν ὁμολογουμένων τούτου σκοπέειν, πότερον δίκαιον ἐμὲ ἐνθένδε πειρᾶσθαι ἐξέλαι μὴ ἀφιέντων Ἀθηναίων ἢ οὐ δίκαιον. 6) c. X. Totius disputationis principium hoc dicitur. p. 48E ὅρα δὲ δὴ τῆς σκέψεως τὴν ἀρχήν, ἐάν σοι ἰκανῶς λέγηται. Cf. p. 49D ἀρχόμεθα ἐντεῦθεν βουλευόμενοι, ὡς οὐδέποτε ὀρθῶς ἔχοντος οὔτε τοῦ ἀδικεῖν οὔτε τοῦ ἀνταδικεῖν οὔτε κακῶς πάσχοντα ἀμύνεσθαι ἀντιδρῶντα κακῶς. 7) p. 49E ΣΩ. Ἐκ τούτων δὴ ἄθροι. ἀπίοντες ἐνθένδε ἡμεῖς μὴ πείσαντες τὴν πόλιν πότερον κακῶς τινὰς ποιοῦμεν καὶ τὰντα ὅς ἡμῖς δεῖ ἢ οὐ; καὶ ἐμμένομεν οἷς ὁμολογήσαμεν δίκαιοις οὐσὶν ἢ οὐ; 8) c. XI—XII.

crates semper Athenis vixit neque exilio multari voluit; ergo foedus, quod cum iis fecit, rumpere turpe est<sup>1)</sup>.

II. Fuga capienda Socrates nocebit

1. amicis<sup>2)</sup>,
2. sibi ipsi<sup>3)</sup>,
3. filiis<sup>4)</sup>.

Contra si patriae legibus parebit, sperandum ei erit se etiam a legibus apud inferos valentibus benigne exceptum iri<sup>5)</sup>.

Omnibus his causis Critonis argumenta confutata sunt a Socrate<sup>6)</sup>.

### III. Quo consilio Plato Critonem scripserit.

Crito primum eo consilio scriptus esse videtur, ut et hic et ceteri Socratis amici a calumniis defendantur, quae iis eius morte Athenis fortasse natae erant. Nam non difficile fuisse Socratem e carcere educere ex ipso hoc dialogo satis cognoscitur<sup>7)</sup>. Quod quoniam non factum est, profecto aut avaritiae amicorum aut ignaviae id tribuendum esse multitudo hominum putare potuit<sup>8)</sup>.

Tali amicorum defensione Schleiermacherus<sup>9)</sup> quidem opus fuisse negat iis, qui Socratis mores vel ex apologia eius cognoverint. Eos enim haud ignoravisse, nullo pacto permoveri potuisse Socratem, ut e carcere effugeret. Sed quorsum, quaeso, pertinent quae Plato disserentem facit Socratem de vulgi opinionibus<sup>10)</sup>? Nonne Crito quamquam, quid iis tribueret magister clarissimus, iam saepe ex eius sermonibus cognoverat, tamen non semel docet eum, quantum valeat vulgus? Nonne satis copiose Socrates exposuit neglegendum esse vulgus, rectam rationem esse sequendam?

Socherus<sup>11)</sup> primus Critonem dixit esse apologiam amicorum Socratis. Ei imprimis adversatus est Munkius<sup>12)</sup> illam defensionem ratus maximum allaturam fuisse dam-

1) c. XIII—XIV. 2) p. 53AB. 3) p. 53B—E. 4) p. 54A—B. 5) c. XVI. 6) c. XVII. 7) c. IV. 8) p. 44C οὐ γὰρ πείσονται οἱ πολλοί, ὡς σὺ αὐτὸς οὐκ ἠθέλησας ἀπείναι ἐνθένδε ἡμῶν προθυμονύμενων, p. 45E ἔγωγε καὶ ὑπὲρ σοῦ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σῶν ἐπιτηδείων ἀλαχύνομαι, μὴ δόξῃ ἅπαν τὸ πρᾶγμα τὸ περὶ σὲ ἀνανδρία τινὲ τῆ ἡμετέρᾳ πεπραγῆσαι. 9) p. 234. 10) c. III. VI—VIII. 11) p. 66. 12) p. 471 sq.

num et amicis ipsis et magistratibus corruptis. Sed quosnam Socrates nominat magistratus? Scilicet homines quosdam commemorat, qui parvo pretio liberaturi essent Socratem, magistratus nullos. Ex amicis nominat Critonem senem, qui divitiis plurimum pollebat, et duos Thebanos, qui ab Atheniensibus puniri non poterant<sup>1</sup>). Atque in amicos Socratis vindicari potuisse iam propter consilium eius liberandi Zellerus<sup>2</sup>) recte videtur negare. Denique non est verisimile Socratis amicos omnia pericula pro eius salute voluisse suscipere<sup>3</sup>), mortuo autem eo tam ignavos fuisse, ut hominum fama et invidia mauerint vexari, quam consilium eius liberandi libere profiteri<sup>4</sup>).

Deinde Crito scriptus esse videtur ad Socratem ipsum defendendum. Facile enim Socrati etiam ab aliis hominibus obici potuerunt, quae Crito<sup>5</sup>) ei obicit. Iniuste enim se damnatum esse capitis existimavit ipse. Cur igitur perire iudicium iniustitia? Nonne erat philosophus, ita ut non solum vulgus, sed etiam civitatem posset spernere spernendamque esse docere? Tales sane sermones Athenis sine dubio potuerunt oriri.

Quamquam autem ea, quae Socrati vituperationi fore dicuntur a Critone, videntur esse non gravia, tamen a Socrate respiciuntur et refutantur<sup>6</sup>), ita ut iam ex hac re intellegi possit, non vana ea ab illo esse habita. Demonstrat enim Critoni fuga capienda se detrimenta importaturum esse amicis, ipsum bona non accepturum.

Quae cum ita sint, non iniuria dictum est<sup>7</sup>) videri Critonem etiam ideo scriptum esse, quo plenior fieret defensio Socratis in apologia suscepta. In hac enim Socrates philosophorum more omnia ita tractat, ut dubium esse possit, num etiam satis sciat, quid faciendum sit civi.

Non acquiescit autem Socrates in refellendis iis, quae Critoni vituperanda esse videntur; maius quiddam molitur atque gravius. Crito enim cum ei persuadere conaretur, ut laederet leges, ostendendum Socrates sibi esse duxit, quae civis bonus deberet civitati. Talia autem docendo et Critonis precibus resistendo Socrates se ipsum prae-

1) Schleiermacherus p. 236. 2) Philosophie d. Griechen II 1 p. 451 n. 2. 3) p. 45A ἡμεῖς γὰρ πον δίκαιοι ἐσμεν σώσαντες σε κινδυνεύειν τοῦτον τὸν κίνδυνον καί, ἐὰν δέη, ἐτι τοῦτον μείζω. 4) Susemihlius in Fleckeiseni annal. 1858 p. 857. 5) c. V. 6) c. XV. 7) Steinhartus p. 291-94, quem sequitur Susemihlius, genet. Entw. I p. 90 sq.

buit civem bonum atque eo meliorem, quo maiore iniuria affectus erat a civitate. Rectissime igitur a plerisque viris doctis in Critone describi boni civis imaginem existimatum est.

Plato autem antequam accedit ad id, quod ei propositum est, quoniam doctrina rerum civilium aptissime cohaeret cum doctrina morali, ante omnia huius principium quoddam ponit; docet enim non licere iniuriam aut inferre aut illatam ulcisci<sup>1</sup>). Bonus igitur civis, si Platonem sequimur, primum is erit, qui non iniuria afficiat civitatem. Hoc vero is facit, qui leges violat, qui iudicia non rata ac firma habet, sed vi evertere conatur. Quod si cuiquam liceret, profecto civitas esse non posset.

At si civis iniuria afficitur a civitate, si iudicia non justa sunt? Parendumne est hac quoque condicione civi bono? Parebit sane, si Socratem audimus. Nam primum civis bonus, quatenus bonus est homo, iniuriam publice illatam non vi repellit. Deinde tanta sunt legum beneficia, tanta est legum sanctimonia, ut summum scelus committeret, qui vim iis afferret.

Iam vero quatenam sunt illa, quae cives debeant legibus? Primum origo, tum educatio. Secundum leges enim fiunt conubia, e quibus oriuntur civium liberi; leges constituunt, qua ratione et corpora et animi liberorum erudiantur. Quapropter summa bona debentur civitati; civis totus ex ea pendet; ergo debet ei utique parere.

Civitas autem quamquam tot tantaque civibus tribuit, tamen non durum et crudele eius est imperium. Beneficia enim illa in cives conferuntur ea aetate, qua nondum sunt suae potestatis. Quid, si adulta aetate iis displicet ea civitas, in qua nati sunt? Hoc si accidit, iis licitum est relinquere civitatem. Itaque qui in ea remansit, hac ipsa re significavit, omnibus se civium officii satisfactorum esse. Foedus igitur quoddam<sup>2</sup>) icit cum civitate; cui si qua ex parte non oboediret, rumperet illud foedus. Fieri sane potest, ut iniuste accusetur. Tum ei licet se defendere. Nihilominus si iniuste damnatur, ab hominibus damnatur, non a legibus.

1) Hermannus p. 474, Steinhartus p. 299. 2) Arnoldus p. 89 sq., Steinhartus p. 309 sq.

## IV. De dialogi inscriptionibus.

A Platone ipso dialogus dictus est *Κρίτων*<sup>1)</sup>, quod nomen cum dramatica eius forma maxime convenit<sup>2)</sup>.

Huic nomini in plurimis libris<sup>3)</sup> additum est ἡ *περὶ πρακτέου* vel (τοῦ) *πρακτοῦ*, in paucissimis ἡ *περὶ δόξης ἀληθοῦς καὶ δικαιοσύνης* vel *δικαίου*. Illud Ficinus interpretatus est 'vel de eo, quod agendum', hoc Stephanus 'seu de vera opinione et de justo'. Iam videamus, qua ratione illae inscriptiones id consilium indicent, quod Plato in scribendo hoc dialogo secutus sit. Atque *περὶ πρακτέου* quidem idem fere est, quod de officio. Sed officii notio multo amplior est, quam ut ea libelli argumentum recte definiatur. Quid, quod ne civium quidem officia omnia in eo tractantur. Eum autem, qui inscripserit *περὶ πρακτέου*, Fischerus<sup>4)</sup> putat respexisse Socratis illud<sup>5)</sup> σκοπεῖσθαι οὐν χρὴ ἡμᾶς, εἴτε τὰντα πρακτέον εἴτε μή. Ex illo *περὶ πρακτέου* errore quodam ortum esse videtur *περὶ πρακτοῦ*, de eo, quod actum est vel quod agi potest; nam hoc ad Platonis Critonem prorsus non quadrat. Nec commode inscribitur *περὶ δόξης ἀληθοῦς καὶ δικαιοσύνης*; nam *περὶ δόξης ἀληθοῦς* ad partem libelli refertur, *περὶ δικαιοσύνης* eodem modo latius patet atque illud *περὶ πρακτέου*<sup>6)</sup>.

Alteris illis inscriptionibus iam Thrasyllus grammaticus arbitratus a Platone ipso eas esse profectas usus est. Earum autem magna pars debere videtur scriptoribus, qui Platonis dialogos ita laudabant, ut eorum argumenta significarent. Non nullae tamen fortasse ab iis inventae sunt, qui bibliothecae Alexandrinae praeerant<sup>7)</sup>.

Praeterea in duobus libris legitur ἡθικός. Significare eo voluerunt, ad quod philosophiae genus hic sermo referendus sit.

## V. Qua occasione habitus sit dialogus.

Die ante Socratis mortem tertio Critonem ad eum in carcerem venisse satis constat ibique eum adhortatum esse ad fugam capessendam.

1) Qui hunc dialogum ita laudant, enumerantur a Fischeri, Euth. ap. Crit. p. 169. 2) Ast. ad Phaedr. p. 219. 3) Qui libri quas scripturas habeant, cognoscitur e prima annotatione critica. 4) l. l. 5) Crit. 46B. 6) Raabe, spec. int. Pl. dial. p. 24—26. 7) Peipers, Untersuchungen über das System Platos I. p. 687.

Quaerentibus autem nobis, num revera haec facta sint, comparandi videntur ii loci, quibus ea commemorantur<sup>1)</sup>. Ac primum quidem, nisi Socrati occasio fugiendi oblata esset, nescio quo iure Plato in Phaedone<sup>2)</sup> eum dicentem fecisset se iam apud Megarenses aut Boeotos commoraturum esse, nisi turpe habuisset fugere. Deinde quae leguntur in [Xenophontis] apologia<sup>3)</sup>: τῶν ἐταίρων ἐκκλέψαι βουλομένων αὐτὸν οὐκ ἐφείπετο, ἀλλὰ καὶ ἐπισκῶσαι ἐδόκει ἐρόμενος, εἴ ποιν εἰδέεν τι χωρίον ἐξω τῆς Ἀττικῆς ἐνθα οὐ προσβατὸν θανάτῳ non videntur hausta esse ex Platonis Critone. Denique quod Idomeneus Epicureus<sup>4)</sup> tradit, non Critonem, sed Aeschinem monuisse Socratem, ut fugeret, ex parte quidem huic narrationi fidem videtur afferre<sup>5)</sup>. Ea autem, quae apud Plutarchum<sup>6)</sup> leguntur: Σωκράτης μετὰ τὴν καταδίην φυγῆς αὐτῷ μεμηχανημένης ὑπὸ τῶν φίλων οὐκ ἐχρήσατο τοὺς νόμους βεβαιῶν, ἀλλὰ ἀδίκως ἀποθανεῖν εἴλετο μᾶλλον ἢ σωθῆναι παρανόμως<sup>7)</sup> repeti sane potuerunt ex Platonis Critone.

## VI. De personis dialogi.

Crito Atheniensis<sup>7)</sup> Socratis erat ἡλικιώτης<sup>8)</sup> καὶ δημότης<sup>9)</sup>. Divitiis florebat iisque augendis studebat<sup>10)</sup>. Liberalissime autem opibus suis Socratem videtur adiuvisse, ut ille philosophiae semper vacare posset<sup>11)</sup>. Nec minus Socrati in omnibus negotiis administrandis aderat<sup>12)</sup>. Cum accusatus esset, eius sistendi vas fieri voluit<sup>13)</sup>. Amavit enim Socratem amore singulari. Sed animi virtutes maiores in eo erant, quam ingenii acies. Quamquam apud Platonem disputandi subtilitate neutiquam excellit, tamen edidisse dicitur septendecim dialogos<sup>14)</sup>.

Crito qualis describitur in aliis Platonis dialogis et ab aliis scriptoribus, talem se ostendit in eo dialogo, cui eius est nomen. Socratis est amantissimus<sup>15)</sup>. Ad quem quo facilius sibi esset aditus, carceris custodi mercedulam dare solebat<sup>16)</sup>. Postquam autem de navis sacrae reditu

1) Hermannus p. 632 n. 376. 2) p. 99 A. 3) § 23. 4) Diog. Laert. II 60. 5) Ueberwegius p. 247. 6) adv. Colot. 32 p. 1126 B. 7) Groen van Prinsterer, prosopogr. Plat. p. 200—202. Hermannus p. 633 n. 383. 8) Crit. p. 49 A. 9) apol. p. 32 E. 10) Euthyd. 304 C. 11) Diog. Laert. II 121 Themist. or. XXIII 288. 12) prol. mea ad Phaed. p. 32. 13) Phaed. 115 D. 14) Diog. Laert. II 121. Cf. Zeller, Phil. d. Gr. II 1 p. 179 n. 1. 15) p. 44 B. 16) p. 43 A.

cognovit, sollicitudine maxima cruciatus somnum capere non potuit<sup>1)</sup>, sed multo mane ad Socratem venit<sup>2)</sup>, ut ei primus tristem illum nuntium afferret<sup>3)</sup>. Atque tantum est eius studium amici, ut totam rem familiarem in eum liberandum impendere vellet et omnia pericula subire pro eo<sup>4)</sup>. Quid? quod iam homines non nullos videtur conduxisse, qui Socratem e carcere educerent<sup>5)</sup>, atque hospites suos oravisse, ut eum exulem liberaliter exciperent<sup>6)</sup>. Atque quo magis ad suam sententiam traduceret amicum, nimio studio abreptus non veritus est eum vituperare, quod leviter liberos videretur deserere<sup>7)</sup>.

Huic Critonis bonitati non satis respondet mentis acumen. Quae saepe docuit eum Socrates, non satis tenet<sup>8)</sup>. Itaque arbitratur multitudinis opinionem non esse spernendam atque tam inconstans est, ut quamvis Socrati hoc largitus sit, tamen praesente rerum condicione illius praecepti obliviscatur atque paullo post illam sententiam repetat<sup>9)</sup>. Atque ut minus sagax est eius ingenium, ita etiam oratio durior est et horridior<sup>10)</sup>.

Restat, ut commemorem partes Critonis Socratem de vinculis educere cupientis ab Idomeneo Epicureo<sup>11)</sup> traditas esse Aeschini philosopho, qui idem erat ex amicis Socratis. Nimirum Platonem vult cum Aeschine simultates exercuisse. Sed quoniam Idomeneus Epicureus erat, Epicurei autem multi erant in Platone calumniando<sup>12)</sup>, veri simile est inventam esse hanc narrationem, ut multa id genus alia, ab iis, qui nomen Platonis invidentiae macula adspargere conati sunt<sup>13)</sup>. Nec neglegendum esse mihi videtur in hac re recte aestimanda hoc, omnia, quae in hoc dialogo legantur, quam maxime accommodata esse Critonis moribus, quatenus eos aliunde cognovimus<sup>14)</sup>.

Socrates, qui cum Critone disputans inducitur, Athenis, ubi et natus et eruditus erat<sup>15)</sup>, iam septuaginta annos vixerat<sup>16)</sup>, cum capitis damnaretur. Quantopere

1) p. 43B. 2) p. 43A. 3) p. 43C sq. 4) p. 45AB.

5) p. 45A. 6) p. 45C. 7) p. 45D. 8) p. 46B sq. 46D sq. 48B 49A. 9) cf. ad p. 46C. 10) cf. ad p. 45A.

11) Diog. Laert. II 60 τούτων (Αισχίνην) ἔφη Ἰδομενεὺς ἐν τῷ δεσμοτηρίῳ συμβουλεύσαι περὶ τῆς φυγῆς Σωκράτει καὶ οὐ Κριτῶνα. Πλάτωνά δέ, ὅτι ἦν Ἀριστίππῳ μᾶλλον φίλος, Κριτῶνι περιθεῖναι τοὺς λόγους. Idem narratur III 36 coll. II 35. 12) Zeller, Phil. d. Griech. II 1 p. 204 n. 3. 13) Hermannus p. 633 n. 383, Steinhartus p. 323 n. 5. 14) Raabe, spec. interpr. p. 21.

15) Cr. 50D. 16) p. 52E.

patriam amaverit, satis apparet; nunquam enim eam reliquerat, nisi ut expeditiones non nullas contra hostes faceret<sup>1)</sup>. In iudicio ipso ei licuit litem exilio aestimare, sed mori maluit, quam in exilio vivere<sup>2)</sup>. Quamquam Lacedaemoniorum et Cretensium leges ei non displicebant<sup>3)</sup>. Athenis autem ita vitam degebat, ut cum civibus, imprimis cum adolescentibus cum de aliis virtutibus, tum de iustitia disputaret<sup>4)</sup>.

Hac vivendi ratione Socrates quamquam civibus utilissimus erat, tamen capitis damnatus est. Nihilominus miserrimum hoc divinitus sibi accidisse putavit<sup>5)</sup> ideoque tulit facillime<sup>6)</sup>. Paulo antequam ei moriendum esset, suaviter dormivit atque deos ipsos sibi prospicere etiam inde cognosci posse arbitratus est, quod sibi somnio quodam significassent, qui dies sibi futurus esset ultimus vitae<sup>7)</sup>. Crito autem cum eum e custodia eripere studeret, tantam ostendit constantiam, ut non terroribus, non vinculis, ne morte quidem diceret se posse permoveri, ut ab ea sententia decederet, in qua semper fuisset, utique parendum esse legibus<sup>8)</sup>.

His expositis iam videamus, num quae in Platonis Critone Socrati tribuantur, omnia existimari possint ab eo profecta esse<sup>9)</sup>. Ac primum quidem quod in omni re non magnae multitudinis, sed rectae rationis iudicia audienda esse statuit<sup>10)</sup>, id nullo negotio perspicitur Socratis germani moribus plane esse conveniens, praesertim cum eum constet virtutem rettulisse ad scientiam, quam non vulgo, sed sapientibus obtingere posse consentaneum est<sup>11)</sup>. Hanc autem sententiam qui sequitur, is non vitam ipsam maximi faciendam esse ducit, sed vitam honestam<sup>12)</sup>. Atque revera Socratem ita sensisse et ex iis, quae coram iudicibus egit, et ex eius morte ipsa satis potest intellegi.

Deinde Socrates docet neglectis in agendo intelligentium iudiciis neglegi etiam iustitiam atque probitatem eoque ipso animum corrumpi; animo autem vitiis inquinato vitae fructum esse nullum<sup>13)</sup>. Omnino iniuriam sem-

1) p. 52B. 2) p. 52C. 3) p. 52E. 4) p. 50C 53CE.

5) p. 54E. 6) p. 43B. 7) p. 44A. Hoc somnium non a Platone fictum esse videtur, sed a Socrate ipso narratum. Diog. Laert. II 35. Steinhartus p. 323 n. 7. 8) p. 46B sq. 9) Stallbaumius p. 186—92. 10) p. 44D 46B. 11) apol. 21B Xen. mem. IV 6. Zeller, Phil. d. Griech. II 1 p. 95 sq. Steinhartus p. 299. 12) p. 48B. 13) p. 47D.

per damnum inferre ei, qui eam faciat<sup>1)</sup>. Simillima sane haec sunt iis, quae Plato multis locis tradit, positam esse virtutem in sanitate, in aegritudine vitium<sup>2)</sup>. Neque tamen haec doctrina abroganda esse videtur Socrati; nam similia etiam in apologia<sup>3)</sup> et apud Xenophontem<sup>4)</sup> leguntur.

Tum omnium maxime Socrates in Critone<sup>5)</sup> hoc premit civitati atque legibus maximam deberi reverentiam et oboedientiam. Homines enim cordatos ait in maiore honore habere patriam, quam parentes et familiares. Haec prorsus respondent iis, quae eadem de re a Xenophonte<sup>6)</sup> tradita sunt, licet hic Socratem docuisse dicat in colenda iustitia utilitatis maxime rationem esse habendam.

Tractavimus ea, quae revera Socrates ipse videtur docuisse. Superest locus, qui viris doctis dubitationem attulit. Plato<sup>7)</sup> Socratem facit dicentem iam olim in ea se fuisse sententia, ut nullo pacto ne lacessitum quidem alteri iniuriam inferre iustum esse existimaverit. Hoc utrum Socraticum sit an non, certe dubium est. Xenophontem<sup>8)</sup> enim si sequimur et Aristotelem<sup>9)</sup> testes haec in re gravissimos, Socrates non recessit a vulgari opinione, qua amicis beneficia, damna inimicis tribuenda sunt. Maxime tamen Stallbaumius<sup>10)</sup> in eo elaboravit, ut Socraticum hoc esse probaret, inimicos non afficiendos esse iniuria. Apud Xenophontem dicit Socratem ita disputare, ut ad vulgarem hominum sententiam se demittat. Sed quomodo hoc facere potuit vir constantissimus, si plane contrarium ipse rectum esse putavisset? Deinde quae humanitatis Socraticae Stallbaumius attulit exempla<sup>11)</sup>, iis illustratur humanum eum fuisse erga cognatos. Denique non ita multum tribuerim Platoni illam sententiam Socratem per totam vitam secutum esse dicenti. Scilicet Plato id eo consilio fecisse putandus est, ut Socratem demonstraret fuisse constantissimum; nam satis constat non id eum egisse, ut omnia ad historiae fidem memoriae traderet.

Socratis igitur imago in Critone ita efficta est a Platone, ut licet habeat singula quaedam lineamenta ab

1) p. 49 A. 2) Gorg. 504 A sq. de rep. IV 443 C sq. Phaed. 93 B sq. Zeller. l. l. p. 742 sq. 3) p. 29 BD. 4) mem. I 4 13. IV 3 14. Zeller. l. l. p. 128. 5) p. 51 A sq. 6) mem. IV 4. Zeller. l. l. p. 124 sq. 139 sq. 7) p. 49 A sq. 8) mem. II 6 35. III 9 8. Zeller l. l. p. 142 sq. 9) rhet. II 23 p. 1398, 24 sq. Hermannus p. 632 n. 377. 10) p. 188—90. 11) Xen. mem. II 2, 3, 5 sq.

artifice potius, quam ab illius persona profecta, tamen omnino ad verum expressa dicenda sit. Quare quamvis non omnia, quae Socrates in medium protulit, ab eo ipso dicta sint, tamen eius rationi convenienter ei attribui potuerunt<sup>1)</sup>. Alioquin Plato, quod ei propositum erat in hoc libello scribendo, non assecutus esset; non enim Socratem descripsisset vel eo tempore, quo iniusto iudicio damnatus esset, civem iustum piumque<sup>2)</sup>.

## VII. Quo tempore Crito scriptus sit.

Critonem non ita multo post Socratis obitum scriptum esse verisimile est. Quod enim aliud tempus aptius erat, quo Socratis iniuste capitis damnati et mox morituri imago ita proponeretur, ut simul doctrinae et vitae eius esset defensio? Quando magis opus erat calumnias ab amicis depellere? Posterioribus certe temporibus Socratis causa dudum erat transacta et hominum de ea iudicia fixa et rata erant. Eo accedit, quod Plato in sermonibus posterioribus Socratem ita loquentem inducit, ut suae sapientiae eum faciat interpretem.

Quae omnia ut per se sunt satis probabilia, ita a plerisque viris doctis<sup>3)</sup> comprobata sunt, nisi quod Munkius<sup>4)</sup> propterea putat Critonem posterioribus temporibus a Platone scriptum esse, quod si statim post Socratis mortem vulgatus esset, verendum fuisset, ne valde noceret eius amicis. His scrupulis Ueberwegius<sup>5)</sup> permotus est, ut Critonem alio tempore scriptum, alio editum esse existimaret. Sed Munkii rationibus quantum sit tribuendum, iam satis videtur exposuisse<sup>6)</sup>.

## VIII. Num iure Crito Platonis esse dicatur.

J. H. Bremi, Platons Kriton, ein echter Dialog des Platon. Philolog. Beiträge aus der Schweiz von Bremi und Doederlein. 1. Bd. Zürich. 1819. p. 131—42.

Fridericus Astius<sup>7)</sup> primus Critonem non habuit dignum, qui a Platone ipso scriptus dicatur. Primum enim Socratem verum induci, non, ut in aliis Platonis dialo-

1) Zellerus l. l. p. 128. 2) Stallbaumius p. 191. 3) Schleiermacherus p. 235, Steinhartus p. 294, 303, Zellerus, Phil. d. Gr. II 1 p. 451 n. 2. 4) p. 477. 5) p. 248. 6) cf. supra p. 143 sq. 7) p. 492—95.

gis, philosophum perfectissimum. Deinde causam ipsam, quae in hoc libello tractetur, nimis tenuem et inopem fuisse; per se enim apparere non potuisse Socrati persuaderi, ut se e custodia educi pateretur. Tum quaestiones gravissimas de legibus, de iure moveri, sed non de iis disputari. Denique multa ex aliis sermonibus imitatione efficta, non nulla esse confusa et perturbata, alia languere iterum ac saepius dicta.

Qui Critonem scripsisset, eum nihil aliud fecisse, nisi ut pluribus explicasset, quod Plato ipse in Phaedone<sup>1)</sup> proposuisset: *διὰ τὰντα δὴ καὶ ἐμοὶ βέλτιον αὐ̄ δέδοκται ἐνθάδε καθῆσθαι καὶ δικαιοτέρον παραμένοντα ὑπέχειν τὴν δίκην, ἢν ἂν κελεύσωσιν. ἐπεὶ νῆ τὸν κύνα, ὡς ἐγώ-μαι, πάλαι ἂν τὰντα τὰ νεῦρά τε καὶ τὰ ὄστᾶ ἢ περὶ Μέγαρα ἢ Βοιωτοῦς ἦν ὑπὸ δόξης φερόμενα τοῦ βελτί-στου, εἰ μὴ δικαιοτέρον ὄμην καὶ κάλλιον εἶναι πρὸ τοῦ φεύγειν τε καὶ ἀποδιδράσκειν ὑπέχειν τῆ πόλει δίκην, ἴρτιν' ἂν τάττη.*

Astii rationes refellit Bremius. Qui quamquam concessit Socratem describi talem, qualis revera erat, atque orationes et Critonis et Socratis videri non multum discrepare ab iis, quae illa occasione habitae essent, tamen haec omnia non indigna esse existimavit, quae a Platone conscripta sint. Deinde etsi fortasse non dubium esset, quin Socrates in custodia mansurus esset, tamen gravissimum esse cognoscere, cur mansisset. Denique et Critonis et Socratis genus demonstrandi elegans esse, magnificas sententias a Socrate prolatas, orationem convenientem et ad mores utriusque et ad rem ipsam.

